008

[illegible] ROEST. NOVISS.

61

ISTING. ... SPON

1008

Arnb 36 ptes

1 H

1008(1) { T. 145417
C. 1207265

1008(2) { T. 145422
C. 1207271

NOTITIA
COMPILATIONIS
DIGESTORVM
NOVISSIMORVM

Ex omnibus Deciſionibus Tribunalium totius orbis,
quæ Huccuſque extant impreſſæ,

A' DOCTORE MARTA

Expeditæ.

CVM LICENTIA, ET PRIVILEGIO.

VENETIIS, M DC XI.

Apud Franciſcum de Franciſcis.

1,008
R. 3761

COPIA

GLi Eccellentiſſimi Capi dell'Eccelſo Conſiglio di X. infraſcritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoa per relatione a loro fatta dalli due, a queſto deputati, cioè dal Reuerendo Padre Inquiſitor, & dal Circ. Secretario del Senato Giou. Maraueglia con giuramento, che nel libro intitolato Notitia compilationis digeſtorum nouiſſimorum ex omnibus deciſionibus Tribunalium totius orbis collectę a Doctore Marta, non ſi troua coſa contra le leggi, & è degno di ſtampa; concedeno licentia, che poſſa eſſere ſtampato in queſta Città.

Dat. Die 28. Iulij. 1611

D. Conſtantin Renier.)
D. Zuanne Marcello.) Capi dell'Eccelſo Conſiglio di X.
D. Lorenzo Gabriel)

Illuſtruſs. Conſilij X. Secr.
Barth. Cominus.

1611. adi 2. Agoſto.

Regiſtr. in l b. à carte 848.

Io. Baptiſta Breatto Officij
Cont. Blaſph. Coad.

AD LECTORES

EXpleta de ſapientiſſimorum hominum conſilio, hoc Noua Digeſtorum Compilatione, vt beneficium in iuris prudentiæ profeſſores conferri poſſit, Ad Clariſſimos Bibliopolas multarum partium Europæ, ſuper impreſſione per eos facienda, literas ſcripſi, & cùm de magnis ſumptibus ageretur, conſiliumque, niſi toto opere inſpecto, capi non poſſet, opere pretium fuit, Notitiam hanc componere, & ex omni tomo, primos titulos apponere, vt omnibus iudicandi Fas eſſet, an impreſſione digna, atque in omni foro verſantibus neceſſaria exiſtat: Libellum igitur perlegite, qui, Niſi toto opere completo, emanare non potuit (Nam prius omnia capita, tanquam in campi planitie excerta, reponi opus fuit. mox de ſingulis ſuis quibuſque ſedibus collocandis, conſilium capere, ita vt, cùm primo Titulo, nihil ex apparatu addi poſſit cæteros omnes cuiuſcumque tomi ſubſequentes, expletos eſſe, iudicare oportet) Si quid igitur boni deliberabitis, impreſſoribus conſulite, Iam totum opus, veſtrum, gratia paratum eſt.

NOMINA IVRISCONSVLTORVM EX QVORVM DECISIONIBVS

Hæc compilatio Digeſtorum Nouiſſimorum facta eſt.

ANdreæ Gaill. ex camera Imperiali
Achillis de Graſſis. ex Rota Romana
Aluari Valaſchi, ex Regno Luſitaniæ
Alexandri Raudenſis. Ex Collegio Piſano
Antonij Gamę Ex Regno Luſitaniæ
Antonini Theſſauri ex Senatu Pedemontano
Antonii Capycij ex conſilio Neapolitano
Borgnini Caualcani, ex foro Fiuizanen.
Cæſaris de Graſſis ex Rota Romana
Cæſaris Barzij ex Rota Bononienſis
Doctoris Marte ex Collegio Piſano
Egidij Bellamerę ex Rota Romana
Franciſci Marci ex Parlamento Delphinali.
Franciſci Milanenſis ex magna Curia Regni Siciliæ.
Flaminij Cartarij ex Rota Genuę
Franciſci Viuij, ex Regno Neapolitano
Gaſpari Guglielmi. ex Rota Spirenſi
Guglielmi Caſſadori ex Rota Romana
Guidonis Papæ ex Senatu Grationopolitano
Garſiæ Maſtrelli ex conſilio Regni Siciliæ
Hieronymi Laurentij ex Rota Auenionen.
Hieronymi Magonij ex Rota Florentina, & Rota Lucenſi
Hieronymi Marliani. Ex Regno Corſicæ.
Iacobi Putei; ex Rota Romana
Iacobi Thorringij, ex Collegio Lipſenſi
Ioachimi Miſy ngerij ex Camera Imperiali.
Ioannis Corſerij, ex Cappella Tholoſana
Ioannis Petri Surdi, ex Senatu Mantuano
Ioſeph Ludouici, ex Rota Peruſina, & Rota Lucenſi.

Ludouici

Ludouici Peguere. ex Conſilio Cathaloniæ
Marcelli Creſcentij ex Rota Romana
Marci Antonij de Amatis, ex Rota Marchiæ.
Martini Monteri, ex Regno Aragoniæ.
Matthei de Afflictis, ex Conſilio Neapolitano
Nicolai Boerij, ex Senatu Burdegalen.
Octauiani Caccherani, ex Senatu Pedemontano
Pauli Emilij Veralli. ex Rota Romana
Petri Caballi ex Reſolutionibus Florentinis
Petri Roytij, ex Auditorio Lituanico
Petri Garſiæ à Toleto, ex Regno Neapolis.
Petri Benintendi ex Rota Bonanienſi
Rotę Romanę. In Antiquioribus. In Antiquis, In Nouis. In Nouiſſimis.
Rotę. Genuę. In Antiquis.
Rotę Lucenſis.
Stephani Gratiani, ex Rotę Marchię.
Thomæ Triuiſani ex Palatio nuntij Apoſtolici Venetiarum.
Thomę Grammatici, ex Conſilio Neapolitano
Vincentij de Franchis, ex Conſilio Neapolitano.

DE NOVA DIGESTORVM COMPILATIONE FACIENDA.

Titulus. I.

IVRISPRVDENTIAM compoſitam ex Antiquorum Iuriſconſultorum lucubrationibus, Tribonianus, & alij prudentiſſimi viri, auxilio Iuſtiniani Cæſaris populo tradidere, eandem modò correctam, & reformatam, ac ad formam tribunalium noſtri ſeculi redactam, Gratia omnipotentis Dei opus inceptum & eiuſdem auxilio proſequente completũ, iuriſprudentũm ſchola gratanter recipiat, tam in iudicijs, quàm extra iudicia potituri.

Laborioſum opus ab omnibus Principibus viris, ac prudentiſſimis valdè optatum, ſed quò difficilius primò fuit, nullus ad effectum ducere auſus eſt, cùm pro duobus librorum millibus, qui Triboniano tantoperè diſplicebant, habeamus nunc vigintimillia, adeoque plures, ſi iuſtam ſcriptorum collationem faciamus.

Quamobrem omnium noſtrorum tribunalium ſanctionem, triginta capitum millibus purgari opus fuit, atque Digeſtorum Antiquorum legum numerum plus duplo ſuperare.

Hanc difficultatem non habuerunt primi illi veterum legumlatores, Papirius, qui leges Regias, aut Caius Flauius, qui placita Principum duntaxat collegerũt, Nec Saulius Iulianus, qui Digeſtorum nonaginta nouem libros ex pretorum ædictis compoſuit, aut Alphenus, qui quadraginta, Nec deniq; Vlpius Marcellus, qui triginta vnum, & cæteri, qui ex pauciorum iuriſprudentum numero ordinarunt.

Multò minorem Decretorum collectores, Græci primũ Alexius, Ariſtenus, Ioannes Zonoras, & Theodoras Balſamon, Ioannes Scholaſticus, Photius, Matthæus Baſteres, Conſtantinus Harmenopolus, atque Arſenius: Deinde Latini, Martinus Bracharẽſis, Dionyſius exiguus, atq; Creſconius, Brucardus, Deuſdedit, Anſelmus, & Iuo, Denique Gratianus, qui illorum omnium luminibus officit, quique ex pauciorũ Doctorum numero ſcriptitarunt.

Longè minorem habuit Raymũdus, qui Gregorij Noni iuſſu decretales ex cõpilationibus vtriuſq; Bernardi Papiẽſis, & Compoſtellani, atq; Tancredi ordinauit: Valdè etiam minorem, qui vltimis temporibus Pontifices, & Legũlatores ſucceſſere, Bonifatius Octauus, Clemens Quintus, & Ioãnes Vigeſimus ſecũdus, ac deniq; Vbertus de Orto compilator iuris feudorũ.

At hodie omnia libris prodigioſę magnitudinis repleta ſunt, Nec vnquam ſcribendorum Codicum modus aliquis videtur poſſe exiſtere, & res paulò minus diuina, ac ſacroſancta iuriſprudentia, ingentium cõmenta-

mentariorum, reſponſorum, tractatuum, atque communium opinionum, ac deniq; caſuum, quos vocant deciſorum, toties repetitorum, triplicatorũ, quadruplicatorum, quàm immenſa vaſtitate ſic obtenebrata poſt, vt nihil certi præiuditij videatur iſtic reperiri poſſe, cuius rei indignationem doctiſſimi omnes huius ætatis cenſores literarij ſuis notarunt obelis.

Neceſſarium ergo fuit iuriſperitum exiſtere, qui tot ſentes quotidie excreſcentes recidendos, ac rudera amouenda, atq; adeò, Herculis inſtar, Augię ſtabulum repurgandum, ſuſceperit: Neq; malè ij de re literaria merentur, imò longè magis cæteris omnibus eã illuſtrant, qui non nouis inueniendis ſuum exacuunt ingenium, ſed potius in eo operã collocant (quod eſt vtilius, imò multò difficilius) vt tam diuerſa omnium inuenta, paſſim diſſipata, in vnum quaſi corpus, apto ordine redigant, quicquid ſuo loco diſponentes, quò facilius memoria retineri poſſit, & inueniri, ſuperfluis omnibus à tractatione reiectis.

Nos igitur, non quia plus potuimus, quàm quiuis alius, ſed quòd multò plus voluimus, quos præter ſpẽ hominum ſola diuina potentia dextera adſcribendũ direxit, Ideo audaci quidem conatu, ſed euentu, vt arbitramur minimè pęnitendo, volentes diuina talenta nobis credita reddere Deo viuo in reuerentiam Redẽptoris Domini Noſtri Ieſu Chriſti, à quo cũcta ſuſcepimus, quæ habemus in animum induximus ex quinquaginta deciſionum millibus, quę ex totius orbis tri

bunalibus extant huccuſq; impreſſæ, & ex omnibus Doctorum lucubrationibus compoſitæ ſunt, triginta capitum millia ſeligere, nouaſq; quaſi leges componere, & cōglutinare, ijs perſimiles quas à veteribus iuriſprudentibus effectas accepimus, contrarietates remouendo, prolixitatem, geminationem, atq; deſuetudinem reſcando, ex diuerſis autem, eam ſanè, quæ in vſu forenſi magis recepta fuit, retinendo, cæteris prætermiſſis, Adiungentes cuiuſq; deciſionis authorem, & locum, vbi ipſa diffinita fuerit.

Quod & Cicero ab homine fieri poſſe confirmauit, & ipſe ſe facturum pollicitus fuerat, atque experiētia Tribonianicæ compilationis docuit, vnius dūtaxat compilationem, omnem ſtyli diuerſitatem, atque contradictionem euitare.

Cæterum magnæ mercedis loco numerabo, ſi has vigilias, & lucubrationes Doctis viris probari animaduerterim, ex quorum comprobatione, poſt longam ſubſequentium ſeculorum ſeriem, ea exorietur authoritas, quam in hoc poſtremo legum labore, qui quantum ab omnibus ſcribi potuit complectitur, optare, aut poſtulare auderem.

DE ORDINE DIGESTORVM nouiſſimorum.

Titulus. 2.

ORTA de terra veritas, falſitatis emula, ſimplicitatis amica, nō habet angulos, nec latet ſub modio,

dio, ſed ex omni ſui parte conſiſtens, fugat duplicitatis inuolucra, repellit commenta mendacij, fictis ſe ſe obijcit, & ſimulatis, per obſtaculum ſimulationis obſiſtit, ac præ omnibus magna, & fortior inuenitur.

Cùm igitur ad hanc vſq; ætatem id conſequi non potuimus vt nulla poſſet oriri quæſtio, quæ vel legibus, vel ſcriptis prudentum non fuerit terminata: eſt enim quę ſcripta ſunt, vel minima portio eorum, quę inter mortales contingunt (multùm egerunt, qui ante nos fuerũt, ſed non peregerunt, non compleuerũt) longèq; diſtet facies noſtri ſeculi tribunalium à facie Romanorum, atq; ideo facilius ex noſtrorũ prudentum lucubrationibus colligemus, quæ ad quæſtiones decidendas conferunt, quàm ex antiquioribus.

Operepretium fuit hanc Nouiſſimorum Digeſtorum, ſiue Pandectarum ordinationem ſub diuerſis titulis deſignare, atque in ſex partes, hoc ordine diſtribuere, per quas noſtris temporibus pellatur falſitas, veritas pateat, ceſſet duplicitas, mendacium ſileat, & veritati contraria deliteſcant, Omnibus ordine, lumine, atque perſpicuitate allata.

Prima Pars materias continet iudiciorum ciuiliũ, Secunda criminalium, Tertia contractuum, Quarta feudorum, Quinta vltimarum voluntatum, Sexta beneficialium & cæterorum ſpiritualium, ſingulis articulis in ſuis tomis diſtributis, atque rubricis diſpoſitis, quarum nulla eſt prætermiſſa, quæ ad deciſionem cauſarum illius generis deſiderari poſſet.

In

In ordine verò ſingularis materiæ, prius de iure publico, mox de priuato doctum eſt: Publici autem, quæ ad religionem, & ſpiritualia pertinet diſputatio præmiſſa eſt ei, quæ ad leges, ſtatuta, conſuetudines & feuda, Item Fiſcum, ac Ciuitates: Quare in ſingulis titulis, quæ ad prædicta iuris publici, attinent, in primis diffinita ſunt, vbi verò feudalis materia applicari non potuit, ob carentiam rubricæ, quæ in illo tomo collocari non merebatur, in quarta parte, quę feudorum propria ſedes eſt, inueniri poterit, Idem in beneficijs in ſexta. Verùm in priuati iuris diſceptatione, Interdum prius de perſonis, & earum priuilegijs, aliquando prius de rebus earum, actum eſt, & vbi defuerunt primæ partes, ſecundæ, vel tertiæ pro primis collocatæ ſunt.

Iuriſprudentia igitur compoſita in ſex partibus, quantò maiori potuit facilitate perfecta, in vno, ac viginti annis conſumata, vberes gratias Omnipotenti Deo reddimus, qui lumen certum operi perturbatiſſimo largitus eſt, noſtra præſertim tempeſtate lucroſiſſimo, cùm per eam, vt maximè plauſibilem homines dignitates, opes, clientelas, & quicquid tandem cupiunt, facilè obtineant. Deum Omnipotentem iterum obſecro, vt noſtræ Iuriſprudentiæ ſtudia benè, proſpereque fortunet.

DE COMPARATIONE DIGESTORVM nouiſſimorum cum antiquis.

Titulus. 3.

QVICQVID extra modum eſt, in propriam ſpetiem degenerat, quod de diſciplina iuriſciuilis exemplum certè pęnitendum nobis ob oculos poſuit ſtultus magiſter exitus: Nemo enim eſt, qui Romanas leges non deploret, quæ tanto olim in pretio fuerunt plenæ humanitatis, æquitatiſq́;, ab omnibus quidem ſic contemni, vt ad litium diffinitionem, quaſi inutiles iudicentur. Olim magno ſe ſe gaudebant affici beneficio, & liberalitate, quibus tandem concedebatur Romano iure viuere, Nunc quiſque ſibi populus duriſſimas mauult leges, quàm Romanas, & quaſi totũ Romanorum ius, aut per ſtatuta derogatum eſt, aut in deſuetudinem abijt, ita vt vel paucæ quidem illorum leges remanſerint, quæ ad cauſarum noſtri temporis diffinitionem commodè aptari valeant.

Quoniam hodie omne ius, quod in controuerſiam ad noſtra fora deducitur, aut in ſtatutis, vel conſuetudinibus, aut in canonibus & decretalibus poſitum eſt interdũ etiam ex communibus Doctoribus reſolutionibus conſtituitur. Ex antiquis Romanorum legibus principia colligimus, regulaſq́; benignitatis, item illas, quibus Plerumq́; à iure ſcripto recedendum eſt,

nam

nam ex qualitate temporis, præſertim diuturnitate, leges ipſæ, vt plurimùm temperantur, & quæ peccatorum nutritiuæ ſunt, iure canonico abrogantur.

Quamobrem noua hæc Digeſtorum Compilatio, ad vſum noſtri fori hominumq; vtilitatem magis, & proprius pertinere, nemini videri nõ debet. In omni cauſa iudiciali ſtatus, ſiue conſtitutio in primis ſpectãda eſt, quæ ex prima cauſarum conflictione naſcitur, in qua controuerſia vertitur, hæc autem ſuper iure abrogato comprobari non conuenit, Quæ verò ex Doctorum opinionibus fundatur, etiam conſuetudine illius loci, vbi iudicari conſueuit, dirimi debet.

Inſulſa igitur eorum ſentẽtia iudicanda eſt, qui nimis properè cęteros iuriſprudentię libros vſtulatũ iri arbitrantur, Romano iure duntaxat relicto, quò omnes controuerſias dirimi poſſe putant, Nam & Iuliani tẽporibus non poſſe omnes articulos ſigillatim aut legibus, aut ſenatuſconſultis comprehẽdi ſcriptũ eſt, & Iuſtinianus ipſe interdũ plura eſſe negotia, quàm vocabula aſſirmauit, Interdum ſi quod melius diſponendũ eſſet, ad Nouiſſimam Compilationem remiſit, & his temporibus quàm plurima ſint diuerſa negotia vllus non ignorat, quæ neq; ex illis legibus diffiniri poſſunt, atq; ex vigintimille iuriſprudẽtiæ libris, qui paſſim circũuoluuntur, vix caſus certa reſolutio inueniri põt, equidem cùm iuriſprudentia ſit ars boni, & ęqui, cenſuram requirens grauem, minimèq; impeditã ſtatim atq; miſcẽtur argutię, & animus huc, illucq́; legis

verba

verba trahẽdo diſtrahitur, tum certè velut vinum infuſa lympha, naturam ſuam amittit, adeòq; vertitur in peſtem reipublicæ.

Antiquæ leges graui verborũ elegantia plenę ſunt, quoniã & latinus ſermo apud omnes vulgaris erat, ſed hodie nouis negotijs recentiorũ vſus noua vocabula inuenit, nam penes arbitrium eſt vis, & norma loquẽdi: Quinimò credendum eſt ipſum M. Tullium, ſi hodiernis temporibus iuris ciuilis interpretandi munus ſubiret, non ſic loquuturũ, vt orationes ſuas, atq; alia monumenta literis mãdauit, tum quòd ornari res ipſa vetat, contenta doceri, tum quòd compilatoris officium eſt, quæ difficilia, & inuoluta ſunt, explicare, ac plana facere, non autem inſolitis vocibus, atq; vocabulis obſcurare. Propter antiquorum elegantiam recentiores ſpernendi non ſunt, quæ noſtro ſeculo naturalis nõ eſt, & quaſi Lacedemonum more reprobata, Imò etiã inter antiquos, vt apud Pomponium ſcriptũ eſt, Trebatium fuiſſe in iure petitiorem Caſellio, iſtũ verò Trebatio eloquentiorẽ, ideò Caſellij ſcripta non reperiri: Itaq; hæc noua compilatio ab illa antiqua in ſermonis elegãtia valdè differt, quòd hæc pernitioſã verborum ſubtilitatem aſpernata, quæ in iudicijs, & graui fortunæ capitiſq; diſcrimine iudicanda ſunt, accurato potius, quàm ornato dicendi genere, explicat.

Triboniano, & alijs cõpilatoribus notę imputatur quòd nimis breuiter, nimiſq; obſcurè leges illas compilauerint, obtrũcatoq; ſermone, vnde intellectuum

varietatem oriri opus fuit, & innumeris doctorum commentarijs legum cãdorem obſcurari: Item quòd libros omnes vnde compilatio facta fuit, à Iuſtiniano Cæſare concremari obtinuerint, vt eorum errores, non apparerent, atque ex originalibus corrigi potuiſſent: ſed iſtæ notæ Nouiſſimorum Compilationem cautam reddere, nam & capita ipſa pluribus rationibus fundata ſunt, & ſi quid erroris continebunt, facilius ex ipſis originalibus emendari poterunt: Præſertim hac tempeſtate, in qua cenſores multò plures, quàm ſcriptores exiſtunt.

Excuſatione autem digna eſt, quoniam compilatores illi primi propter Cæſaris authoritatem pluries regulas conſtituebant, quàm caſus ſingulares ordinabant: ſed Noua ideo poſt multa temporũ curricula authoritatem ſperat, quoniam plurimis rationibus & quidem certiſſimis caſuum reſolutiones explanat.

Compilatores illi improbantur, quòd non omnia ſuis quibuſque ſedibus collocarunt, ſed ſub quibuſdam titulis materias nullatenus ad illos pertinentes inuoluerunt, ita vt rerum non benè ordinatarum difficilius memoriam habere poſſimus: Sed Noua ſingula capita ſub ſingulari titulo collocat, ita vt aperto libro euidenter caſus quæſita deciſio inueniantur. Ab anno 1589. quo compilatio cœpta eſt, ſermo per literas cum pluribus in Europa ſapientibus habitus eſt, & poſt multa placuit, vt labores ſeptennij, qui in collocãdis iuxtà ordinem Titulorum Triboniani deciſionibus,

ciſionibus, facti fuerunt, abolerentur, atque hæc noua forma introduceretur, quæ (ſi experto ſcribenti, & de ſapientiſſimorum ſententia atteſtanti, credendum eſt) fortè maiorem vtilitatem afferet.

Hæc Noua Compilatio, Index, quem alij Repertorium vocant, appellari non meretur, quoniam Indices ex ſummarijs colliguntur, ſed quæcunque capita ſua ſummaria habere conuenit, Interdum plura iuxtà rationum diuerſitatem, & prout ex ſingulis regula, vel notabile dictum colligitur. Nunquid Decretum Gratiani qui antiquorum Patrum Canones colligit, ſuiſque ſedibus ordinauit, index dici debet? Cæteros huius generis compilatores prætermitto, quos ſuperius enarrauimus, eorumque compilationes non indices, ſiue Repertoria neque ab ipſis, neque à ſuceeſſoribus appellata ſunt.

Denique differunt, quoniam illius compilationis legum capita nouem mille, & ſexaginta quatuor, tribus tomis diſtincta ſunt, quorum multa tanquam ad peccatum inducentia, atque ex defectu poteſtatis de Eccleſiaſticis diſponentia iure canonico abrogata ſunt: ſed iſta triginta mille capita in ſex tomis completa exiſtunt, quorum nulli obijci poteſt, quòd non à præceptis diuinis originem trahat, & illorum principijs non ſubſiſtat.

Subſequuntur iſti alij tituli inter præludia Operis.

De Præceptis Diuinis. Titulus quartus.

In quorum interpretatione Compilator oſtendit, nullam eſſe iſtorum capitum materiam, quæ non inde originem habeat.

De Iuſtitia, & iniuſtitia. Titulus quintus.

De Bonitate, & Æquitate. Titulus ſextus.

DIGESTORVM
NOVISSIMORVM
TOTIVS IVRIS SCIENTIAE.

Tomus Primus.

IVDICIORVM CIVILIVM MATERIAS CONTINENS.

TITVLI DIGESTORVM NOVISSIMORVM TOMI PRIMI.

IVDICIORVM CIVILIVM,

Serie alphabetica diſpoſiti, quò facilius in hac arte tyrunculi eos inuenire poſſint.

ABSOLVTIO
Actio
Actor
Acta
Adiectus
Adiudicatio
Adminiſtrator
Aduocatus
Alimenta
Appellatio
Appellans
Appellatus
Apoſtoli Appellationum
Arreſtum
Arbiter
Arbitrium iudicis
Articuli
Aſſeſſor

Attentata
Cauſa
Cautela
Cautio
Ceſſio bonorum
Citatio
Citatus
Commiſſio
Commiſſarius
Compromiſſum
Compromittens
Compulſoria
Coneluſio cauſæ
Condictio
Confeſſio
Continentia
Contumacia
Contumax

Copia

Copia
Creditor
Cumulatio
Debitor
Declaratio
Decretum
Delegatus
Delatio
Æditio
Æſtimatio
Æſtimatores
Examen
Exceptio
Executio
Executoriales
Excuſſio
Exemplum
Expenſæ
Fatalia
Feriæ
Forus
Imploratio
Inhibitio
Inſtantia
Interceſſio
Interpellatio
Interlocutoria
Interrogatorium
Interdictum
Intimatio
Inuentarium
Iudex
à quo
ad quem
Iudicium
Iuramentum
Calumniæ
In litem
Suppletorium
Iurans
Iuriſdictio
Ius offerendi
Laudum
Libellus
Liber
Lis
Litis conteſtatio
Mandatum
Metus
Minor
Monitorium
Mora
Mulcta
Notarius
Notorium
Nullitas

Nuntiatio

Nuntiatio
Nuntius
Officium iudicis
Ordo iuris
Originale
Periurus
Periti
Petitorium
Poſitio
Poſſeſſorium
Præſumptio
Præceptum
Præuentio
Probatio
Proceſſus
Procurator
Productio
Prorogatio
Proteſtatio
Publicatio
Ratificatio
Rationum redditio
Reconuentio
Recuſatio
Reclamatio
Reductio
Relatio
Remedium
Remiſſoria
Replicatio
Res iudicata
Reſponſio
Reſcriptum
Reſtitutio
Retentio
Reus
Reuiſio
Reuiſores
Scriptura
Sententia
Sequeſtrum
Sequeſter
Sequeſtrans
Sigillus
Sollicitator
Sportulæ
Stylus
Subhaſtatio
Supplicatio
Suſpenſio
Tempus
Terminus
Tertius
Teſtis
Victor
Victus.

ABSO-

ABSOLVTIO.

Titulus. I.

Cap.1.

ABſoluendi à cenſuris facultas fratribus prædicatoribus, & minoribus conceſſa, in foro pœnitẽtiali intelligirur, Non enim ampliorem, quàm Curatis, & Parrochis à iure conceſſa ſit, impendere intendit. Si in verbis Priuilegij, etiam in foro contentioſo permittitur, à ſuſpenſione ſuos fratres rehabilitare non prohibentur.

Abſoluendi, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 95. parte 2. Iacobi Putei & decione 1113. parte 3. libro 3. in Nouiſſimis Tholomei.

Cap. 2.

CAthalanus ſtudens Tholoſæ, propter manuum iniectionem in perſonam Eccleſiaſticam, ſi grauis non fuerit, ab Archiepiſcopo abſolui poteſt.

Cathalamus. &c. Ex deciſione Cappellæ Tholoſanæ 232. Ioannis Corſerij.

Cap. 3.

SEruus violentas manus inijciens ad Curiã Romanem pro abſolutione accedere debet, cùm plus Deo, quàm homini deferendum ſit: Niſi in fraudem faceret, vt ſe à Domini obſequijs, & executione ſubtraheret, & ipſe magnum abſq; culpa damnum pateretur. Vbi per epiſcopum abſolui poteſt, alia ſatisfactio in recompenſationem laborum itineris imponi

 debet.

debet. Idem in filiofamilias, quod in ſeruo, ex benigna interpretatione dicendum eſt.

Seruus, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 617. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 4.

PErſonæ delicatæ, quæ laborem ſufferre nequeũt, ab Epiſcopo abſolui poterunt, præſtita cautione, quòd Papæ reſponſo parebunt: Niſi mortis periculũ immineret, vel alias iuſtas excuſationes haberent, Prius Summum Pontificem conſulendum eſt.

Perſonæ, &c. Ex deciſioue eiuſdem 612. parte 2.

Cap. 5.

MAritus ad Romanam Curiam accedere debet, & licet vxor priuetur viro ſine culpa, non tamen ſine cauſa.

Maritus, &c. Ex deciſione eiuſdem 619. parte 2.

Cap. 6.

QVi mala valetudine laborant pro violenta in clericum manuum iniectione, ab Epiſcopo abſolui poſſunt. Quando iniuria eſt notoria, parti prius ſatisfaciendum eſt, aliàs cautio iuratoria ſufficit.

Qui mala, &c. Ex deciſionibus eiuſdem 620. & 621. parte 2.

Cap. 7.

IN foro iudiciali abſolutio per procuratorẽ peti poteſt, ſed abſolutionis executio domini præſentiam requirit, nam quò ad Eccleſiam militantem alia ſolemnitas requiritur, nimirùm confeſſio, contritio, &

intro-

introductio in Eccleſiam cum pſalmo pœnitentiali, & oratione Dominica.

In foro, &c. Ex deciſione eiuſdem 622. parte 2.

Cap. 8.

AVditores Sacri Palatij Apoſtolici, ratione cauſę eis commiſſæ, niſi excommunicatos in Curia præſentes, vel ſpetiales procuratores abſoluere non conſueuerunt, & hoc ſeruat ipſum Palatium.

Auditores, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 25. de Sententia excommunicationis in Antiquis.

Cap. 9.

MOniales, etiam ſi ſit enormis exceſſus, ab Epiſcopo abſolui debent, quia extra clauſtrum exire non poſſunt: Epiſcopus etiam in exemptas Papæ authoritate fungitur, licet habeant generalem, tamē ob reuerentiam ordinis Epiſcopalis, hoc Epiſcopis indultum eſt.

Moniales, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 623. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 10.

RAtione minoris ætatis detrahitur rigori iuris, & ideò qui ſententiam excommunicationis incurrunt, à Diocœſano abſolui poſſunt.

Ratione, &c. Ex deciſione eiuſdem 663. parte 2.

Cap. 11.

SOluendi, atq; ligandi par eſt poteſtas, Itaq; etiam parte non vocata abſolutio tenet, Tutius autem eſt partem vocare, quæ propter expenſas, vel offen-

ſam, ſiue aliam cauſam intereſſe prætendere poſſet.

Soluendi. Ex deciſione eiuſdem 628. parte 2.

Cap. 11.

QVando appellationis, & nullitatis cauſa in Rota commiſſa eſt, ſemper à cenſuris in partibus ad cautelam abſoluere conſueuit. A cenſuris in Curia abſolutio non datur, niſi aliter de nullitate conſtet.

Quando &c. Ex deciſione Rotæ Romanę 41. parte 1. Iacobi Putei.

Cap. 13.

ABſolutio, & habilitatio conceſſa per Clemētem Septimum in fauorem Ioannis Militis Cæſarei Exercitus, vt quibuſcunq; gratijs eiſdem conceſſis, vti valeat, ſuper quibus diſpēſauerat, pro reuocata habita eſt, Quoniam in Conciſtorio ſecreto de Cardinalium conſenſu, Viterbij reuocationem fecit, eo ipſo quod ab Arce Sancti Angeli liberatus eſſet, etiā quòd ex illa tertio præiuditium non ſequeretur, Quamuis in foro pœnitentiali valeret.

Abſolutio, &c. Ex deciſinne eiuſdem 5. de conſtitutionibus. Ioannis Mohedani.

Cap. 14.

IN ſuſpenſo à canone abſolutio non requiritur, ſicut in excomunicato ab eodem in minore. Quid ſi ad terminatum tempus ſuſpenſum fuerit? idem eſt, ſed ſufficit iudicis declaratio, In excommunicato verò, etiam poſt ſatis factionem, abſolutione opus eſt.

In ſuſpenſo, &c. Ex deciſione Capellę Tholoſanę. 298. Ioannis Corſerij.

Cap. 15.

EXcōmunicatio, & abſolutio pari paſſu ambulāt, Quamobrem ſi vigore ſpetialis commiſſionis in excommunicationem reintrudi petatur, quia abſolutio tenet, non eſt in eandē reinducendus, niſi canonica monitione præmiſſa, atq; ex noua cauſa iuſta, & approbata, nimirum ex alia contumacia. In ſententiam canonis, mandato non parens, ipſo iure reincidit. Stylus Curię eſt, quòd ſemel parte legitimè ad cauſam citata, in eius contumaciam, per audientiam, etiam ad excommunicationem proceditur: Cùm igitur is, quē reintrudi petebatur perſonaliter ad dicendum contra commiſſionē ſuper reintruſione obtenta citatus eſſet, & non comparuiſſet, ideò licitè per audiētiam, etiam ad excommunicationem procedi potuit.

Excommunicato, &c. Ex deciſionibus Rotę Romanę 7. ſentent. excommunic. in Nouis, & 1. parte 1. Pauli Emilij Veralli.

Cap. 16.

A Cenſuris latis in Curia abſolutio niſi, cauſa cognita, de ſtylo Rotæ non datur, Sed in diebus feſtiuis, & Sanctis Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Paſchæ Reſurrectionis incluſiuè cum reincidentia dari ſolitum eſt.

A cenſuris, &c. Ex deciſione eiuſdem 2. parte 1. Pauli Emilii Veralli.

Cap.

Cap. 17.

SI contra reum, beneficij ratione, actor de excommunicatione ab executoribus lata opponat, ille autem à cenſuris, ſi quas incurrit, ſe abſolui petat, poſito quòd ad cautelam non petierit, ab Auditore abſoluendus eſt.

Si contra, &c. Ex deciſione eiuſdem 12. de ſentent. excommunicat. in Antiquis.

Cap. 18.

COntra abſolutionem petentē ſimpliciter, vel ad cautelam, manifeſtæ iniuriæ, ſiue offenſæ in genere exceptionem opponere ſufficit, præſertim ſi excipiens ad acta ſe referat, Probationis autem tempore manifeſtam iniuriam ſpecificare oportebit.

Contra, &c. Ex deciſione eiuſdem 1. de ſentent. excommunic. in Nouis.

Cap. 19.

SED ſi non opponatur, nec probetur manifeſta offenſa, cū iuratoria de parendo iuri cautione abſoluetur, ac de expenſis ſatisfaciendo, vbi iuſte excōmunicatus apparuerit, quòd ſi pro contumacia excōmunicatus fuerit, vt quia libello non reſpondit, ſecus eſt, ſi poſtea veniat purgaturus, & pars de expenſis replicet, niſi ſatisfecerit, vel idoneam cautionem, aut pignora dederit, abſoluendus non eſt.

Sed ſi, &c. Ex deciſione eiuſdem 2. de ſentent. excommunic. in Nouis.

Cùm

Cap. 20.

CVM in termino per Auditorem aſſignato ad videndum abſolui partem actricem ad cautelã ipſe reus, qui ad dicendum cauſam quare actor ad cautelam abſolui non debeat, citatus non fuit, poſitiones, & articulos concludentes de materia rei iudicatę manifeſtæq; offenſę dederit, quamuis non dicat, illos excipiendo porrigere, tamen ſufficienter proponit: quibus repulſis, ſi Auditor abſoluit, grauare dicitur, & appellari permittitur, dũmodo articuli neq; in materia, neq; in forma peccent, neq; ratione calumnię, aut ex alio capite repellendi ſint. Si excommunicationis nullitas ob iuriſdictionis defectum allegetur, tunc exceptio de manifeſta offenſa, vel re iudicata, admittenda non eſſet, niſi prius de iuriſdictione conſtaret.

Cùm in termino, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 736. Egidij Bellameræ

Cap. 21.

QVando excommunicatio nulla eſt, excommunicatus, & de nullitate dicere, quod ad ſui fauorẽ introductum eſt, &ad cautelam ſe abſolui, petere non prohibetur.

Quando excommun. &c. Ex deciſione eiuſdem 96. parte 2. Iacobi Putei.

Cap. 22.

NEC fatetur ſe excommunicatum, ſi ad cautelã abſolui petit, Quod beneficium, etiam parte non vocata dari debet, pręſertim mediante cautione, & vbi excommunicationis ſententia dubia redditur.

Iudex

Iudex delegatus ad cautelam abſolutionem imperti-ri poteſt

Nec fatetur, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 65. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 23.

SI ad cautelam abſolutio ab Auditore petita fuerit, an poſt appellationem excommunicatus fuerit, in primis videndum eſt; Si petatur ſimpliciter, Olim abſq; aliqua informatione dabatur, ſed hodie, niſi cum aliqua excommunicationis informatione imperiti non conſueuit.

Si ad cautelam, &c. Ex deciſiooe Rotæ Romanæ 4. de ſentent. excommunic. in Antiquis.

Cap. 24.

SI Prȩlati, & Canonici Eccleſiæ ſpecialiter interdictȩ abſolui petant, concedendum eſt, quoniam propter eorum culpam ferri potuit, In generali autẽ interdicto, etiam non delinquentes puniuntur: Hæc abſolutio propter communionis, vel lȩſionis iuſtitiæ periculum dari ſolet, At in generali, ianuis clauſis celebrari permittitur, & baptiſmum, atq; pœnitentiam conferri, tantum igitur periculũ ſi ſeruetur, non ſubſiſtit, Ideò donec veritas eruatur, an iuſtè, vel iniuſtè poſitum fuerit, non relaxatur; Hæc in ſpeciali fieri non poſſunt, ſi attententur, locus prophanatur, & attentantes irregulares ſunt, Ita igitur obtinuit, & in Palatio Apoſtolico ſemper ſeruari conſueuit.

Si Prælati, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 9. de ſentent. excommunic. in Nouis.

Cap. 25.

SI exemptus poſt appellationem ab Epiſcopo interpoſitam excommunicatus fuerit, & ad cautelam abſolui petierit, niſi aliqualiter de exemptione doceat, Rota abſolutionem impertiri non ſolet, Ne ordinariæ poteſtati illudatur, pro qua ius commonefacit, agentique reſiſtit.

Si exemptus, &c. Ex deciſione eiuſdem 6. de ſentent. excommunic. in Nouis.

Cap. 26.

QVid ſi denuntiationis inſtrumentum poſt appellationem factæ, produxerit, an ita cõſtare dicatur, vt illam obtinere poſſit? certè ſi excommunicatio in vim peremptoriȩ, vel dilatoriæ ad repellendum opponitur, ipſa denunciatio certiſſimum documentum non eſt, ſed ad obtinendæ abſolutionis effectum, ſatis eſt, per quam nemini ſit præiuditium, neque pars contradicere poſſet, Niſi de manifeſta offenſa excipere.

Quid ſi denuntiationis, &c. Ex deciſione eiuſdem 8. de ſentent. excommunicat. in Nouis

Cap. 27.

QVid ſi cauſa excommunicationis nõ aſſignetur, Adhuc ad cautelam abſolui poteſt, quoniam cauſæ expreſſio neceſſaria non eſt.

Quid ſi cauſa, &c. Ex deciſione eiuſdem 6. de ſentent. excommunicat. in Antiquis.

Cap. 28.

VBi Epiſcopus excommunicat, atq; infulminandi cēſuras poſſeſſione exiſtit, niſi probetur exēptio, excommunicatus pendente lite ad cautelam abſolui nō debet: Si ſuper poſſeſſione dubium vertitur, ſecus eſt, Niſi enim poſſeſſionem probaret, Abſolutio danda eſſet.

Vbi Epiſcopus, &c. Ex deciſione, eiuſdem 7. de Sententiæ excommunicationis in Antiquis, & 1. eod. tit. in Antiquioribus.

Cap. 29.

PEtitioni abſolutionis ad cautelam exceptio rei iudicatæ vel manifeſtæ offenſę nō benè opponitur, Niſi ex iuriſdictionis defectu, aut propter intolerabilem errorem in ſententia expreſſum nullitas deducatur. Cùm de iuriſdictione conſtat, hæc abſolutio peti non poteſt, Neq; cùm manifeſtè de non iuriſdictione appareret, tūc enim excommunicationis nullitas euidens eſt, Cùm dubitatur, petitioni locus eſt, Hoc caſu neque res iudicata, neq; offenſa non parendi dici poteſt: Sola negatio rem dubiam non facit, niſi iuris aſſiſtētiam habeat, Cùm iudicis intentio, atq; iuriſdictio de iure communi fundata eſt, ipſa negatio eſt improbabilis, ita vt dubitari poſſit, In hac exceptione iuriſdictionis exiſtentiam deducere non ſufficit; Sed & notorietatem iuriſdictionis eiuſdem allegare opus eſt, quam per publicam vocem, & famam cum alijs adminiculis probari viſum eſt.

Peti.

Petitioni, &c. Ex deciſione eiuſdem 6. de Exceptionibus in Nouis.

Cap. 30.

ABſolutionis petitio excommunicationem non probat, ſed legitimis documentis probāda eſt.

Abſolutionis, &c. Ex deciſione eiuſdem 11. de ſentent. excommunic. in Antiquis.

Cap. 31.

ABſolutio excommunicationis, etiam in foro contentioſo, ad effectum validitatis gratiæ per Pœnitentiarium probatur.

Abſolutio, &c. Ex deciſione eiuſdem 14. de probationibus Marcelli Creſcentij.

Cap. 32.

QVia res eſt difficilis probationis, ideo illi atteſtationi creditur, pręſertim quia multa veriſimilia concurrunt, nam parti ſatisfactum erat, & ante celebrationem factam conceſſa fuerat. Hæc ſcriptura priuata nō eſt, quæ ab officiali ad id deputato, & de eiuſdem officium concernentibus facta eſt.

Quia res, &c. Ex deciſione eiuſdem 573. parte 3. lib. 3. in Nouiſſimis, Paleoti.

Cap. 33.

SI dicens ſe excommunicatum iniuſtè abſoluitur pro offenſa dubia, cautionis iuramentum pro expenſis dare ſufficit, ſi non dicit iniuſtè, fideiuſſores dare opus eſt.

Si dicens, &c. Ex deciſione eiuſdem 373.
Egidij Bellamerę.

Cap. 34.

SI iudex propter iniuriam, non vocata parte, excō municauit, conſtito de errore, etiam altera non vocata, abſoluere debet.

Si iudex, &c. Ex deciſione eiuſdem 664.
Egidij Bellamerę.

Cap. 35.

CVm appellationi renuntiatum eſt, quæ bona, de forma, & tempore, atq; probabilis erat, illius oc caſione abſolutionem ad cautelam petere non impe diris, quamuis neque inſtrumentum iudicialiter pro ductum atq; pars ad dicendum contra, citata fuerit.

Cum appellationi, &c. Ex deciſione eiuſdem 686.
Egidij Bellamerę.

Cap. 36.

A Cenſuris latis extra Curiam abſolutio in Rota datur ad beneplacitum, etiam abſque cauſę co gnitione, & hic ſtylus ibi obſeruatur.

A cenſuris, &c. Ex deciſione eiuſdem 1. de ſentent. excommunic. Cęſaris de Graſsis.

Cap. 37.

FErdinādus ab A. C. excommunicatus fuerat, atq; nullitatis cenſurarum cauſam, cum facultate ab ſoluendi, pro vt de iure commiſerat, Mox aliam com miſſionem obtinuit, qua mandatur, ad effectum agē di tantū abſolui, Reſolutum eſt, niſi parito iudicato,

ita

ita abſolui non poſſe, quoniam Cenſuræ in curia latę erant.

Ferdinandus, &c. Ex deciſione eiuſdem 875. parte 3. libro 3. in Nouiſſimis Tholomei.

Cap. 38.

SI quis, vt abſolueretur, iuri ſtare, & Eccleſiæ mandato parere promiſerit, non adimplens, ipſo iure in eiuſdem ſententiam reincidit, vbi autem ab homine excommunicatus fuit, ſi cum cautione abſolutus, non paruit, ab eodem iudice reintrudendus eſt præſertim, ſi infra annum, quia per tantùm temporis eius iuriſdictio durare videtur, Imò etiam poſtea, quia ſub conditione abſoluit, itaque niſi illa extiterit, officio ſuo functus non eſt.

Si quis vt abſolueretur &c. Ex deciſione eiuſdem 11. de ſentent. excommunicat. in nouis.

Cap. 39.

ABſolutio non datur, niſi contrito, & petenti, & ideo Prior pro Monachis illam petere non poteſt, neque pro alijs ſubditis ſuis abſentibus.

Abſolutio non datur, &c. Ex deciſione eiuſdem 13. de ſentent. excommunicat. in Antiquis.

Cap. 40.

ILla abſolutio à cenſuris ad effectum regulę de inſordeſcēte per annū, quę in ſupplicatione ſcribi ſolet, ſi per quinq; annos inſorduit, nullatenus ſuffragatur, quoniā tanto tempore excommunicatus exiſtens, cēſuras paruipēdere videtur, atq; de hęreſi ſuſpectus eſſe.

Illa

Illa abſolutio, &c. Ex deciſione eiuſdem 850. parte 3. lib. 3. in Nouiſsimis Tholomei.

Cap. 41.

SI commiſſio impetrata Auditori feriato tempore præſentetur, qui terminum ad dicendum contra aſſignauerit, ad cautelam abſolutio interim dari non poteſt, ſed terminus ad illum actum tantùm, non feriato tempore faciendum, ad diem, qua in Sacro Palatio ſedebit dari poterit, in qua ſi exceptiones contra commiſſioné generaliter non opponantur, Auditor, pro vt iuris, & rationis eſt, abſoluere poteſt, Pendente termino ad dicendũ contra commiſſionem non pôt.

Si commiſſio, &c. Ex deciſione eiuſdem 30. de ſentent. excommunic. in Antiquis.

Cap. 42.

MAgnus eſt conflictus inter iuris interpretes, an in obtinenda abſolutione, vel relaxatione à iuramento, ad effectum agendi, partis aduerſæ citatione opus ſit, Sed magis vera, magiſque recepta in omni foro ſententia eſt, neceſſariam non eſſe, Non enim agitur de aliquo partis præiuditio, ſiue periculo, ſed omnia ipſi iura ſalua, & illæſa remanent ad ſe defendendum à petitis per aduerſarium, & duntaxat obſtaculum iuriſiurandi tollitur, vt liberè ius ſuum deducere valeat, Quare ſi pars aduerſa potiora iura habebit, obtinere poterit, perinde enim habetur, ac ſi iuramentum non interueniſſet, Et hæc ſententia in Camera imperiali obtinuit.

Magnus

Magnus eſt, &c. Ex deciſionibus Cameræ Imperialis 86. parte 6. Ioachimi Myſingeri, & Rotæ Peruſinæ 18. Ioſephi Ludouici, & Conſilij Cathaloniæ 188. Ludouici Peguerę, & Rotæ Marchię 165. Stephani Gratiani, & Palatij Apoſtolici Venetiarum 64. parte 1. Thomę Triuiſani.

Cap. 43.

INterdum Dominus noſter Papa Auditori in aliqua cauſa mandat, vt iuramentum, ad effectũ agendi, prout de iure, relaxet, & tunc parte etiam non vocata fieri poteſt, Sin autem ad cauſæ probationem relaxandum eſſet, partis citatione opus eſſet.

Interdum, &c. Ex deciſione Romanæ Rotæ 8. de exceptionibus in Antiquis.

Cap. 44.

CVm abſolutio, ſtante enormi læſione, à iuramẽto conceſſa eſt, de ſimulatione excipere non impeditur, non enim iniquitatis vinculum eſſe debet, & ideo ſimulationi contractus, nullatenus obſtat.

Cùm abſolutio, &c. Ex deciſione eiuſdem 4. de empt. & vendit. Ioannis Mohedani.

Cap. 45.

VBi iuramentum vergit in diſpendiũ ſalutis ęternæ, quod eſt contra bonos mores, ſiue cædit in deteriorem exitum, aut exemplo pernitioſum ſit, vel præſtetur ſuper pacto, & couuentione principaliter mota contra publicam vtilitatem, ipſo iure iurantem

non

non obligat, Hiſque caſibus abſolutione non eſt opus, Præter iſtos, etiam quòd dolo, vi, metuq́ue extortum eſſet, iuramentum ligat, ita vt abſolutione opus ſit, quia ſuper eo iurare cogitur, quod nullo iure prohibitum eſt.

Vbi iuramentum, &c. Ex deciſione Cameræ Imperialis 42. parte 2. Andreæ Gaill.

Cap. 46.

PRima habilitatio ad effectum agendi prodeſt etiã ad effectum obtinendi, & peragendi, nec de nouo ſuperfluam petere opus eſt, & ita in Camera obſeruatur, ſed tutius eſt alteram obtinere.

Prima, &c. Ex deciſione eiuſdem 57. parte 2. Ioachimi Miſyngerij, & Rotæ Bononienſis 14. Petri Benintendi.

Cap. 47.

A Cenſuris latis in Curia, quia penſionem non ſoluit, niſi pareat, ad effectum agendi, non abſoluitur.

A cenſuris, &c. Ex deciſione Rotę Romanæ 788. parte 3. libro 3. in Nouiſſimis Tholomei.

Cap. 48.

SOluendi termino elapſo, antequam debitor obligatione camerali ligatus, commiſſionem cum poteſtate abſoluendi, ad effectum agendi impetraret, abſolui non debet, quoniam periurus factus eſt, Niſi periurium narrando à pœnitentiario abſolutionem impetraret.

Soluendi,

Soluendi, &c. Ex deciſione eiuſdem 786. parte 3. libro 3. in Nouiſſimis Tholomei.

Cap. 49.

OBligatus in forma Cameræ, Ideò exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non poteſt, quia iuramento aſtrictus eſt: At ſi abſolutionem infra biennium obtinuerit, probandi onus in aduerſarium non transfert, quoniam renuntiationis virtus remanet, ſuper qua iurauit. Abſolutio os tantùm aperit ad effectum agendi, & cùm enormiter ſe læſum dixerit. Ipſe probare debet. Cùm ex facultatibus Auditoris Cameræ executio non retardetur, Ideo poſt executionem factam, ad hoc admittendum eſſe placuit.

Obligatus, &c. Ex deciſione eiuſdem 800. parte 3. libro 3. in Nouiſſimis Tholomei.

Cap. 50.

ABſolutus à condemnatione in contumacia illata, & incurſu in pœnas, etiam comminatæ priuationis, in monitorio contentas, ſuum beneficium recuperare debet, quoniam abſolutio omnia eſſe nulla declarauerat.

Abſolutus, &c. Ex deciſione eiuſdem 2. de dolo & contumac. Achillis de Graſſis.

DIGESTORVM NOVISSIMORVM

TOTIVS IVRIS SCIENTIAE.

Tomus Secundus.

IVDICIORVM CRIMINALIVM MATERIAS CONTINENS.

TITVLI DIGESTORVM NOVISSIMORVM TOMI SECVNDI.

IVDICIORVM CRIMINALIVM,

Serie alphabetica diſpoſiti, quò facilius in hac arte tyrunculi eos inuenire poſſint.

ABIGEVS
Abiuratio
Abolitio
Accuſatio
Accuſans
Accuſatus
Adulterium
Aggreſſor
Ambitus
Apoſtata
Arma
Auxilium
Aſſaſſinium
Bannum
Bannitus
Beſtialitas
Blaſfemia
Birroarij
Calumnia
Calumniator
Carcer
Carceratus
Colluſio
Commentarienſis
Conatus
Condemnatio
Conuictus
Conuitium
Crimen
Culpa
Defenſio
Defenſor
Delictum
Delinquens
Denuntiatio
Deportatio

Depopulator
Diffamatio
Dolus
Duellum
Exceſſus
Excommunicatio
Excommunicatus
Excommunicator
Excuſatio
Excuſator
Exilium
Exul
Fama
Falſitas
Fiſcus
Fraus
Furtum
Fuſtigatio
Hæreſis
Hæreticus
Homicidium
Homicida
Hoſtis
Incendium
Inceſtus
Inditium
Indutiæ
In dulgentia in criminalibus

Indultus
Innocentia
Informatio
Inimicus
Inimicitia
Iniuria
Inquiſitio
Inquiſitor
Inſcriptio
Inſtigatio
Inſultus
Latro
Læſa maieſtas
Lænocinium
Malus
Maleficium
Monopolia
Mors
Mutilatio
Nocens
Noxa
Offenſio
Parricidium
Pax
Peculatus
Per duellis
Plagiarius
Pœna

Præ-

Præuaricatio
Præuaricator
Proditor
Publicatio
Rapina
Raptor
Raptus
Relegatio
Relegatus
Remiſſio
Repræſaliæ
Reſiſtentia
Rixa
Reſtitutus
Sacrilegium
Saluus conductus
Sciſma
Seditio
Simonia
Socius criminus
Sodomia
Spolium
Spoliatus
Stellionatus
Stuprum
Stuprans
Talio
Tergiuerſatio
Tortura
Tortus
Tormentum
Vagabundi
Veneficium
Vita
Violentia
Vis publica
Vis priuata
Vulnus
Vulneratus
Verbera.

ABIGEVS.

Titulus. 1.

Cap. 1.

INter furandi ſpecies abigeus numeratur, qui beſtias ſub certo, à lege diffini to numero furto, abduxit, quantitas enim abigeum à fure diſcernit: At ſi ſępius vnum, vel alterum ex pecudibus ſurripuerit, atq; ipſum

ipſum numerum furando compleuerit, tanquam abigeus puniendus eſt. In quibus locis frequentius id maleficij genus perpetrantur, vltimi ſupplitij pœna imponitur, In alijs verò operis publici temporarij, Niſi perſonæ conditio iuris rigorem temperans pœnā mitiorem exigat: Quamobrem, eum qui viginti unum arietes ſubtraxit, vbi delictum frequentari non conſtabat, neque pluries deliquerat, Conſilio placuit fuſtigari, atque ad triremes per quinquennium, loco publici operis condemnare.

Inter furandi, &c. Ex decisione Conſilii Cathalonię 29. Lodouici Pegueræ.

Cap. 1.

ABigei ſæuerius, quàm fures puniendi ſunt, quoniam negari non poteſt, quin deterioris conditionis ſint, & improbriores. Contra abigeorum receptatores acrius, quàm contra furum animaduertitur.

Abigei &c. Ex deciſione Criminali 160. Petri Caballi.

ABIVRATIO.

Titulus. 2.

Cap. 1.

ABiuratio interdum iudicatur purgatiua, Ideò ſi nulla ſententia condemnatoria præcedit, neq; abſolutio de ſuperiorum indulgentia conceditur, viſum eſt, abiurato de hæreſis ſuſpitione, ſua beneficia reſtituenda eſſe quæ inquiſitionis tempore alteri collata fuerant. Propter iſtam ſuſpitionem beneficiorum

rum

rum ſuſpenſio, non autem priuatio interdicenda eſt.

Abiuratio, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 1. de hæreticis. Achillis de Graſſis.

ABOLITIO.

Titulus. 3.

Cap. 1.

ABolitio quædam eſt publica, quædam priuata, alia legalis: Publica ſiue generalis eſt quæ per ſolum Principem ob multas cauſas fieri ſolet, nimirum ob natalia ſui, vel eius filij, aut propter rem proſperè geſtam, cuius effectus eſt, ne accuſator in Turpillianũ incidat, Priuata dicitur, cùm à Principe impetratur, vel à iudice cum cauſę cognitione, vt cùm quis per errorem accuſauit, legalis autem à lege conceditur, quádo accuſator, vel reus mortuus eſt. Generalis abolitio in dubio falſi crimen non comprehendit.

Abolitio, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 662. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 2.

SOlus Princeps commeatum poſt bannum concedere poteſt, atq; bannitos abolere. Pœna poſt ſententiam lata, abſque principali authoritate neque augeri, neque minui poteſt, etiam ſi poſtea de innocentia appareret.

Solus Princeps, &c. Ex deciſione eiuſdem 358. parte 1. Franciſci Marci.

Cap.

Cap. 3.

CVM Regina mariti priuilegijs gaudere ſoleat, quia Pariſijs conſueuit liberandi carceratos in ſuo iucundo aduentu facultate gaudere, Ideò etiam in Delphinali poſſe, concluſum eſt.

Cùm Regina, &c. Ex deciſione eiuſdem 153. parte 2. Franciſci Marci.

ACCVSATIO.

Titulus. 4.

Cap. 1.

TEmpus ad accuſandum ſtatuto præſcribi poteſt, quo elapſo, ab accuſatione, ſicut ab actione excluditur, ſed an poſtea iudex ex officio inquirere poſſit? Inquirentis officium in locum partis accuſationis ſuccedit, cùm autem ex ſtatuto actio non competat, itaque inquiſitio non cadit, quia præſcripta eſt, ergo nec delicti confeſſio poſtea facta valet, nec confitenti nocet.

Tempus, &c. Ex reſolutione criminali 5. Petri Caballi.

Cap. 2.

QVid ſi maleficium occultũ ſit, an tempus à ſtatuto præfixum vtile ſit, & à ſcientiæ tempore currat, an continuum? Quid ſi facti dies computetur in termino? Præſcriptiones regulariter ignorantibus currunt, & continuum tempus habent, quæ ſententia facilius admittitur, quando per diligentem officialis inquiſitionem, & inueſtigationem occultum delictum ad Curiæ notitiam deuenire potuiſſet. Dies termini

mini regulariter non computatur.

Quid ſi maleficium, &c. Ex reſolutione 6. eiuſdem.

Cap. 3.

SEd an principium, vel finis delicti circa præſcriptionẽ inducendã attendendus ſit, ita vt à die primi commiſſi adulterij, vel vltimi computari debeat? Vbi delictum continuatũ apparet poſt tempus in accuſatione, vel inquiſitione expreſſum, à fine numerandum eſt, quoniam vnum duntaxat delictum, & continuatum dicitur, Itaq; præſcriptionis initium à fine ſumitur.

Sed an principium, &c. Ex reſolutione 7. Eiuſdem.

Cap. 4.

SYndicus pro vniuerſitate accuſare poteſt, quoniã ipſius adminiſtratores mandatum cum libera habere cenſentur, etiam ſi nõ exprimatur: Itaq; omnia, quæ ſpetiale mandatum requirunt, expedire poſſunt.

Syndicus, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 701. parte 2. Franciſci Marci. & deciſione Conſilij Neapolitani 5. Antonij Capicij.

Cap. 5.

ACcuſatore mortuo, accuſatio ſiue inſtantia ad hęredes trãſit, Nam & defuncti hęredes, ipſum non commiſiſſe delictum petere poſſunt. Pœna talionis ad hæredes accuſatoris non tranſit, quoniam accuſationem proſequi non tenentur.

Accuſatore, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 755. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 6.

ACcuſatio fractæ pacis publicæ ad hæredes tranſit, ſi ciuilis actio ſuper reſtitutione damnorum coniuncta ſit, aut ſi duntaxat, & ſeparatim ſuper reſtitutione actum fuerit: At ſi ad pœnam fractæ pacis tantùm actio inſtituta fuerit, ſecus eſt, Ideò tunc pronuntiatur, quod per ſpoliantis mortem, inſtantia perempta eſt.

Accuſatio, &c. Ex deciſione Cameræ Imperialis 98. parte 1. Ioachimi Miſyngerij.

Cap. 7.

ACcuſatore mortuo inſtātiam peremptam dici, tum demum procedit, quando neq; conteſtata, neq; hæredes, vel alij reum de nouo repetant, & accuſent, neq; etiam iudex ex officio procedat: At ſi lis conteſtata eſt, & hæredes in tempore ſe ad cauſæ proſequutionem offerant, legitimando, atq; ratificando ſecus eſt, & ita concluſum in Camera, atque in cauſa fractæ pacis pronuntiatum eſt. Inſtantia perit ratione banni, ſed quando ſuper damnis, & oblatorum reſtitutione ſimul agitur, ad hæredes tranſitoria eſt.

Accuſator, &c. Ex deciſione Rotæ Spirenſis 28. parte 3. Gaſparis Gulielmi.

Cap. 8.

IN delictis publicis quilibet de populo admittitur, ad vtilitatem reipublicæ, Idem ſi forenſis in delicti loco habitet, vel ſub eadem iuriſdictione exiſtat.

In

In delictis, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 72. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 9.

IN crimine dilapidationis, laici clericum accuſare poſſunt, in alio autem delicto, ad effectum agendi ciuiliter patronus, vel Parrochianus tantùm, cæteri verò, quia clericis infeſti præſumuntur, ideò bono zelo procedere non cenſentur.

In crimine, &c. Ex deciſione eiuſdem 698. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 10.

QVando vnum eſt delictum, plures delinquentes, & plura facta, vnico libello accuſari poſſunt, quorum malefactore condemnato, mandator, vel auxiliator ita non cenſentur, nec quò ad alios iuriſdictio præuenta eſt.

Quando vnum, &c. Ex deciſione eiuſdem 565. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 11.

VBi tres ſunt delinquentes, & in accuſatione illa verba apponuntur, vno agente, & altero conſentiente, incerta redditur, nam in duobus verificari non poſſunt, ideò repellenda.

Vbi tres, &c. Ex deciſione eiuſdem 176. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 12.

LOcus quantumuis inſignis in libello accuſationis per duos confines demonſtrari debet.

Locus, &c. Ex deciſione 68. Petri Garſie à Toleto.

Cap. 13.

LOci, & temporis ſpecificatio non requiritur, vbi ad feudi, vel beneficij priuationem agitur, neq; vbi delictum ſucceſſiuum tractum habet. Quando ad pœnam talionis ſubſcriptione non eſt opus, neq; expreſſio loci, & temporis neceſſaria eſt.

Loci, & temporis, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 704. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 14.

INimici capitales aliquando ab accuſando repelluntur, item milites; qui iuramentum præſtant.

Inimici, &c. Ex deciſione eiuſdem 655. & 656. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 15.

POſt purgationem accuſator denuo ſuper eodem crmine admitti poteſt, ſi probare velit, quod iurans peierauerit, quoniam purgationis iuramentum iudiciale eſt, contra quod probatio recipitur.

Poſt purgationem, &c. Ex deciſione Cameræ Imperialis 82. parte 2. Ioachimi Miſyngerij.

Cap. 16.

QVando contra aliquem per modum inquiſitionis actum eſt, iterato per modum accuſationis contra eundem agi non poteſt, per viam autem exceptionis ſecus eſt.

Quando contra, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 4. de pœnis in antiquis.

Cap.17.

TAm vxor, quàm filij ad accuſandum de viri, & patris nece admittẽdi ſunt. Quid ſi relicta Principis tribunal elegerit, filij verò, quàmuis pupilli, in foro Baronis accuſauerint? Equidem cum filij maius ius in accuſando habeant, eiſdemq́; extra locum originis, vel domicilij egredi non liceret, quoniam per Baronis priuilegium legi Imperiali derogatum erat, Iccircò cauſam prædictam ad Baronem remittẽdam eſſe placuit.

Tam vxor, &c. Ex deciſione Conſilij Neapolitani 382. Vincenij de Franchis, & deciſione Senatus Budegalen. 233. Nicolai Boerij.

Cap. 18.

ACcuſatus aduerſarium ſuum de pari, vel de maiori crimine reaccuſare poteſt, præſertim cùm ipſum obiectum crimen præiuditiale primo ſit, tunc enim controuerſiam nullam habet: ſed iure regni cõtrarium diſponitur, vbi etiam, quòd præſtita fideiuſſoria cautione de ſtando iuri, prima denũtiatione, vel accuſatione finita, nullatenus per quamuis viam procedatur: Quæ verba fiſcus malè interpretatur, ad partis inſtantiam, quoniam ſi pro Fiſco, & ex officio procedendum eſſet, nunquam diſpoſitioni locus eſſet. At ſi ex eodem fonte ſecunda quęrela oritur, ſuper vtraque procedendum eſt.

Accuſatus. Ex deciſione Conſilis Neapolitani 53. Thomę Grammatici.

Cap.

Cap. 19.

ACcuſator diem commiſſi delicti ad petitionem accuſati exprimere debet præſertim, ſi reus diẽ declaret, in qua ſe defendere intendit: Veruntamen ipſam diem accuſator non tenetur.

Accuſator, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 722. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 20.

OLim accuſatores ad talionis pœnam ſe ſubſcribebant, ſi in actione deficerent, & ita iure puniebantur, Sed hodie moribus receptum eſt, ſimile ſupplitium calumniatoribus non inferri: At qui in criminis probatione deficit, iudicis arbitrio puniendus eſt, Interdũ grauiter, quandoq; etiam pœna mortis. Quãobrẽ is qui calumnioſas imputationes proponere conſueuit, falsò iudices ſupremos de corruptela accuſando, teſteſq; falſos ad hoc inducendo, quamuis ad mortem condemnari potuiſſet, mitius tamen agendo, placuit cum mitra in capite, & notha in pectore per loca publica, ad triremes in perpetuum, tum damnorum refectione condemnare. In cauſis non ita grauibus, vel fuſtigationis, vel merlinæ pœnam, aut cathenæ infamis, ſiue exilij, interdum relegationis ad tempus, vel ictuum funis, quandoq; etiam in pœnam pecuniariam, iuxtà factorum, & perſonarum qualitatẽ in ſententia ferre conuenit.

Olim accuſatores. &c. Ex reſolutione criminali 166. Petri Caballi.

Cap. 21.

SI habens beneficium Abbatem de crimine accuſat, pro quo Abbatia priuandus ſit, vbi ſe in forma iuris ſubſcripſerit, non de talionis pęna, ſed de extraordinaria intelligendum eſt. In beneficio talionis pœna in extraordinariam reſoluitur, præſertim quia accuſator Abbatia priuari non poteſt. Accuſatio non in criminali tantùm, ſed etiam in ciuili dici poteſt, quæ ad priuatam vtilitatem mouetur.

Si habens, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ parte 2. 138. in Nouiſſimis Cantuccij.

Cap. 22.

NE in expenſis quidem accuſator condemnatur, in quo non vera, ſed pręſumpta calumnia colligitur. Cùm autem Matthæus delictum non probauerit, in præſumpta eſſe non dicitur, præſertim quia teſtium nomina dedit, eoſque induxit. Cùm ſtatuto, is qui accuſationem non probat, calumniator præſumatur, atque in expenſis, ſi accuſator petierit, condemnatur, de accuſatore voluntario, etiam petente, intelligi debere, viſum eſt. Cœterùm in neceſſario, vti ſyndico, vel tutore non procedit. Propter immenſum amorem mater excuſatur, Item propter criminis atrocitatem, vt in cauſa hæreſis, vel læſæ maieſtatis, & in alijs cauſis, quæ iudicis arbitrio relinquuntur.

Ne in expenſis, &c. Ex deciſione Rotæ Bononienſis. 145. Cæſaris Barzij.

DIGE-

DIGESTORVM NOVISSIMORVM

TOTIVS IVRIS SCIENTIAE.

Tomus Tertius.

CONTRACTVVM MATERIAS CONTINENS.

TITVLI DIGESTORVM NOVISSIMORVM TOMI TERTII.

CONTRACTVVM.

Serie alphabeticæ diſpoſiti, quò facilius in hac arte tyrunculi eos inuenire poſſint.

ADOPTIO
Affinitas
Alienatio
Arrogatio
Aſſociatio
Aſſecuratio
Bigamia
Bigamus
Bona
Ceſſio
Ceſſionarius
Colonus
Commodatum
Compenſatio
Conuentio
Contractus
Contractus innominatus
Conſilium
Conſtitutum
Datio inſolutum
Delegatio
Depoſitum
Diuiſio
Diſtractus
Donatio
Donatio propter nuptias
Donatio inter virum & vxorem
Dos
Emancipatio
Emptio venditio.
Emphyteuſis
Epiſtola, ſiue literę Cambij
Euictio
Fideiuſſio

Fideiuſſor
Hypoteca
Intereſſe
Inſinuatio
Inſtrumentum
Læſio
Læſus
Laudemium
Locatio conductio
Manumiſſio
Mutuum
Negotiorum geſtio
Nouatio
Nuptiæ
Maritus
Vxor
Obligatio
Pactum
Pactum de reuendendo
Peculium
Permutatio
Pignus
Pignoratio
Pollicitatio
Poſſeſſor
Præcarium
Præſcriptio
Pretium
Promiſſio
Quietatio
Remiſſio mercedis
Renunciatio
Satiſdatio
Societas
Solutio
Sponſio
Sponſaliæ
Stipulatio
Traditio
Tranſactio
Vſucapio
Vſura.

ADOPTIO

Titulus. I.

Cap. I.

PEr adoptionem filius adoptantis domicilium ſequitur, ſed priuilegium patriæ illius non acqui-

rit, ergo origo naturalis non perditur.

Per adoptionem, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 880. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 1.

ARrogandus interrogari debet, ideo infans arrogari non poteſt: in adoptione autem, etiam tacitus conſenſus ſufficit: Quinimò filius, etiam inuitus adoptari poteſt. Siue in adoptione, ſiue in arrogatione ſcriptura opus eſt, & acta fieri, inter abſentes autem fieri non poteſt.

Arrogandus, &c. Ex deciſione eiuſdem 881. parte 1. Franciſci Marci.

AFFINITAS

Titulus. 2.

Cap. 1.

PEr coitum fornicarium affinitas, & impedimentum publicæ honeſtatis contrahitur.

Per coitum, &c. Ex deciſione Cappellæ Tholoſanæ 96. Ioannis Corſerij.

Cap. 2.

SI cum maſculis committeretur, nulla affinitas matrimonij impeditiua contrahitur, ergo nuptiæ cũ ſorore ſtuprati inceſtę non ſunt, Itaq; per talẽ coitum matrimonium non impeditur.

Si cum maſculis, &c. Ex reſolutione criminali 44. Petri Caballi.

Cap. 3.

AFfinitas re ipſa diſſoluta eſt inter virum, atque vxoris conſanguineos, iſtius morte ſubſequuta, & ita inter ſocerum, & generum nulla remanet, ergo priuilegium veniæ petendæ affinitatis intuitu introductum, omnino ceſſat, & ſtatutum de compromittendis cauſis inter affines locum non habet. Mortuo patre, cauſa inter priuignum, & nouercam compromitti non debet. Socios diſſoluto matrimonio, nullum priuilegium prætendere poteſt, ergo pœnam veniæ non petitę conſequi non valebit. Affinitate per mortem diſſoluta, omnes illius effectus, præterquam impedimenti alterius matrimonij, publicæ honeſtatis ratione, ſublati ſunt.

Affinitas, &c. Ex deciſionibus Regni Neapolis 181. & 376. Franciſci Viuij.

ALIENATIO

Titulus. 3.

Cap. 1.

IN alienationibus rerum eccleſiæ, Vicarij, vel Officialis epiſcopi authoritas non ſufficit.

In alienationibus. Ex deciſione Cappellæ Tholoſanæ 97. Joannis Corſerij.

Cap. 2.

IN diuiſione alicuius eccleſiæ, ſiue bonorum eiuſdem per legatum à latere facta, Rectoris vocatio, cauſæ expreſſio, & veritas, tractatus, atque aliæ iuris ſolem-

ſollemnitates neceſſariæ ſunt, quoniam diſmembratio perpetua alienatio eſt. Vnio verò eccleſiæ, Rectore non vocato, fieri poteſt.

In diuiſione, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 1. de rebus eccleſiæ non alienandis. in Nouis.

Cap. 3.

VBi eſt conſuetudo in aliqua prouintia, quòd res eccleſiaſticæ ſub certa alia forma vendantur, quàm à iure exprimatur, illa ſeruanda eſt. Vbi alienatio rei eccleſtaſticæ ex cauſa, inſufficienti indebite facta eſt, poſſeſſio transfertur, ad quam probandam, remiſſio ad partes conceditur, & licet contractus rei eccleſiaſticæ per ſcripturam probandus ſit, hoc tamen in tranſlatione poſſeſſionis non requiritur.

Vbi eſt, &c. Ex deciſione eiuſdem 1. de conſuetudine in Antiquis.

Cap. 4.

ALienatio vtilis, à Prælato facta, tenet, quamuis in Papæ manibus non alienare iurauerit, quoniam ius ipſi aſſiſtit, nimirum in caſu vtilitatis, atque neceſſitatis, & actus contra iuramentum factus tenet, quamuis contrafaciens periurus exiſtat. Vbi Paulina eſt vſu recepta, alienatio contra iuramentum facta non valet.

Alienatio,

Alienatio, &c. Ex deciſione eiuſdem 3. de iureiurando. Marcelli Creſcentij.

Cap. 5.

QVamuis in bulla Vrbani alienationis prohibitio cum decreto irritanti facta eſſet, & ita etiam quæ in euidentem vtilitatem, & cum ſuperioris authoritate factam comprehendit, Non tamen eam continet, quæ cum eiuſdem Papæ authoritate fit. Decretum irritans omnem authoritatem complectitur, etiam quæ à Delegatis apoſtolicis, nō autem, quæ à Papa prouenit, nam illius verba ad loquentis perſonam trahenda non ſunt, & inueriſimile eſt, ſemetipſum comprehendere voluiſſe. Commiſſio, quæ in præſentia D. N. Papæ conceſſa eſt, perinde habetur, ac ſi per ipſum Papam ſignata eſſet.

Quamuis, &c. Ex deciſione eiuſdem 106. parte 1. in Nouiſſimis. Robuſterij.

Cap. 6.

VBicunque ab initio primaria vtilitatis cauſa adeſt, & ſic caſus à iure permiſſus eſt, propter quē contrahentes ad alienandum moti ſunt, alienatio tenet, puta ſi bona erant ſterilia, vel terrulæ, quia licet poſtea non vtiliter in pretio contraxiſſent, tamen cōtractus tenet, ſed eccleſiæ per in integrum reſtitutiotionem ſucccuritur. At ſi illa primaria non adeſſet, quia bona erant fertilia, tunc contractus eſt nullus. Circa vtilitatis cauſam, partium aſſertioni ſtandum non eſt, præſertim cum præſumptio putatiuę vtilitatis

tis ceſſet, quia à patruo in nepotes, de omnibus facta ſit, bona fides deeſt, vtilitati putatiuæ tunc ſtandum eſt, cùm forma à iure requiſita ſeruata fuerit, confirmatio apoſtolica ſupplet formam, ſed per contrarias læſionis probationes eius effectus corruit, adeo vt conceſſio abſque forma, & abſque effectu confirmationis remaneat.

Vbicunque, &c. Ex deciſione eiuſdem 181. parte 1. in Nouiſſimis Lancellotti.

Cap. 7.

NArratiua inſtrumenti, quòd alienatio in eccleſiæ vtilitatem facta ſit, niſi aliter probetur, nullam fidem facit.

Narratiua, &c. Ex deciſione Grationopolitana 152. Guidonis Papæ.

Cap. 8.

ALienatio rerum eccleſiaſticarum alicuius præbendæ, licet per canonicum tantùm cum Epiſcopi conſenſu fieri poſſe videatur, tamē, etiam ſi præbenda diſtincta eſſet, placuit, abſque capituli conſenſu non valere.

Alienatio, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 2. de rebus eccleſiæ non alienandis. Marcelli Creſcentij.

Cap. 9.

AFfrancationis contractus Paulinæ forma non ſeruata, nullus eſt, quamuis ſub beneplacito Sedis apoſtolicæ factus eſſet, quoniam de eo non conſtat, & ex breui tempore impetratum non præſumitur

mitur. Emptor abſque ſollemnitatibus in mala fide eſſe pręſumitur, Neque excuſatur, quòd Archiepiſcopus illud impetrare promiſerit, ita vt bono viro, ac fratri ſuo, illud obtinuiſſe credere potuerit, quoniam neque ille impetraſſe atteſtatur. Emptori impetrandum eſt, ſi poſt annum non perquiſiuerit, Itaque cum poſſeſſor in mala fide exiſtat, vnà cum fructibus reſtituere debet. Archiepiſcopus eſt fructuum dominus, ac ſimpliciter de illis diſponere poteſt, ſed conſequutiuè eccleſiæ bona alienando, de eiſdem diſpoſuiſſe non creditur. Item quia ab emptore colligi, ſub conditione conſenſiſſe præſumitur, videlicet, ſaluo beneplacito, quo non impetrato conſenſus ceſſat, Alienans, etiam ſi conſentit, rem cum fructibus repetit, quamuis turpitudinem ſuam alleget.

Alienationis, &c. Ex deciſione eiuſdem 14. parte 1. in Nouiſſimis Oradini.

Cap. 10.

INdebitati iuris eſt, Prælatum nihil de eccleſiæ rebus diſponere poſſe, aut quicquam abſque canonicis ſollemnitatibus alienare, hoc eſt, tractatu, conſenſu, ſigillatione, atque ſubſcriptione capitulari: Item expreſſus conſenſus neceſſarius eſt, præſertim ſi de magni momẽti re, atq; perpetua alienatione agatur, Bona concedi ſolita Prælatus in feudum concedere, & quemlibet de eis inueſtire poteſt, dummodo talem eligat, qui eccleſiæ, tempore neceſſitatis, inſeruire queat; quoniam talis conceſſio non eſt noua infeudatio,

datio, ſed prioris executio, Infeudandi conſuetudo, Prælato iuriſdictionem dat, quæ omnium maximè in feudis ſpectanda eſt, & hęc concluſio ex notoria Germaniæ conſuetudine obſeruatur, quòd rebus in feudum dari ſolitis, ſollemnitas canonica neceſſaria non exiſtat, quoniam nihil eccleſiæ deperit, ſed eius iura ſuæ integritati relinquuntur.

Indebitati, &c. Ex deciſione Cameræ Imperialis 151. parte 2. Andreæ Gaill.

Cap. 11.

RES eccleſiæ ſemel cum ſollemnitatibus diſtractæ, alienabiles factæ ſunt, ideo abſque alia ſollemnitate vendi poſſunt.

Res eccleſiæ, &c. Ex deciſione Regni Neapolis 99. Petri Garſiæ à Toleto.

Cap. 12.

VT alienatio caſtri, in feudum dari ſoliti, iure ſubſiſtat, etiam alienationis tempore in euidentem eccleſiæ vtilitatem fieri debet, ipſaq; cauſa lucida, & clara eſſe, quam exceptionem, contra eccleſiam, regulam pro ſe habentem, non probari, viſum eſt. Neque iuuat Comites, quòd aliqua terrarũ pars exigua, nulliuſq; conſiderationis ſterilis fuerit, cùm vltimus de inueſtitis adhuc viueret, Quatenus caſtrũ ad alias generationes cõceſſum eſt, noua alienatio dicitur, & ipſius inſtrumentum nihil de trãſactione dicit, quę propter dubiũ litis euentum, etiam de euidenti non conſtito fieri poterat. Cùm prima inueſtitura ad tres tan-

tùm generationes facta fuerit, quibus finitis, pro ſe retinere poterat, ideo ad totidem de quibus lis non erat concedere non debebat, ſupergratuita pactione, tranſactio fieri non dicitur. Cùm de contrario conſtat ſollemnitati, ac diuturnitati temporis, nihil deferendum eſt.

Vt alienatio, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 582. parte 1. in Nouiſſimis, Braui.

Cap. 13.

ECcleſiæ vtilitas tempore poſtremi contractus cũ Pipino celebrati alienationis rei, attendenda eſt, non autem primi, qui cũ tota ſua origine adhuc ignoratur, nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, Ideo ſi eccleſia ad paupertatem redacta fuerit, pro ſe retinere debet. In rebus alienati ſolitis, vbi extraneus maiorem quantitatem offerat, ſi agnatus præferri vult, quantùm ille dare opus eſt: Quando cauſa primæ conceſſionis ceſſat, res eccleſiæ pro eodem canone dari nõ debet. Locare pro maiori pretio, quàm ab alijs haberi poſſit, lęſio conſiderabilis in iure æſtimatur, & cùm reſtitutio competat, toleranda non videtur, præſertim vbi ex expreſſa iuris diſpoſitione eccleſiæ vtilitas attendenda eſt. Bona ſolita locari, pro eodem canone concedi poſſunt, quando res pluris nõ valet, neque plus referri poteſt.

Eccleſiæ, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 4. de rebus eccleſiæ non alienandis, Cæſaris de Graſſis, repetita in 360. parte 1. in Nouiſſimis.

DIGE-

DIGESTORVM NOVISSIMORVM

TOTIVS IVRIS SCIENTIAE.

Tomus Quartus.

FEVDORVM MATERIAS CONTINENS.

TITVLI DIGESTORVM NOVISSIMORVM TOMI QVARTI. FEVDALIVM.

Serie alphabetica diſpoſiti, quò facilius in hac arte tyrunculi eos inuenire poſſint.

ADIVTORIVM
Adoa
Agnatus
Allodium
Amiſſio
Annona
Augmentum
Baro
Burgenſatica
Capitula feudorum
Caſtrum
Cenſus
Ciuis
Ciuitas
Conceſſio
Confinia
Confirmatio
Cognitio
Comes
Collecta
Conſanguinei
Conſenſus
Conſtitutio
Conſuetudo
Creatio officialium
Cuſtodia
Demanialia
Dignitas
Diſpoſitio
Diſtrictus
Dominium
Dominus
Dux
Edicta
Equites
Exactor

Exce-

Excadentialia
Expectatiua
Fellonia
Fœmina
Feudum
Fidelitas
Filius
Frater
Fructus
Gabella
Generatio
Grauamen
Homagium
Immunitas
Imperium
Ingratitudo
Incola
Inueſtitura
Legitimatio
Legitimus
Illegitimus
Ligius
Maioratus
Marchio
Maſculi
Meliorationes
Milites
Nundinæ
Nepos
Nobilitas
Officium
Onera
Paragium
Pares Curiæ
Pater
Patruus
Pax
Præcedentia
Primogenitus
Princeps
Priuilegium
Prorex
Recognitio
Refutatio
Regnum
Reintegratio
Releuium
Regalia
Rex
Reuocatio
Seruitium
Seruitus
Sollemnitas
Solitum
Statutum
Subditi

Subuentio
Subfeudatarius
Subinfeudatio
Subſidium
Syndicus
Territorium
Tractæ
Vaſſallus
Vectigalia
Venatio
Vita militia, ſiue Appanagium
Vniuerſitas

ADIVTORIVM

Titulus. I.

Cap. I.

PRo filia maritanda adiutorium Domino à Vaſſallis debetur per conſtitutionem Regni, Idem pro monachanda per capitulum eiuſdem Regni diſpoſitum eſt, & ex iuris diſpoſitione idem dicendum eſſet, quoniam de matrimonio carnali ad ſpirituale validũ eſt argumentum: Hæc autem ſubuentio tunc ſoluenda eſt, cùm monialis profitetur, & conſecratur, nam ſi interim multa accidere poſſunt, ne res perficiatur, magis intereſt vaſſallorum non ſoluere, quàm ſolutum repetere. Quid ſi tempore ingreſſus ad monaſterium, adiutorium à vaſſallis petitum fuerit, mox terra vendita ſit, & ita profeſſionis tẽpore amplius vaſſalli non erant? Placuit profeſſionem ad tempus probationis non retrotrahi, & ideo vaſſallos abſoluendos eſſe, Item quia onera reſtringenda ſunt, Nec ex rationis indemnitate extendenda.

Pro

Pro filia, &c. Ex deciſione Conſilij Neapolitani 42. Vincentij de Franchis.

Cap. 2.

QVotidie iudicamus emptori alicuius caſtri, vel terrę feudalis, quamuis cum pacto de retrouendendo, adiutorium per Conſtitutionem deberi: Sed quid ſi ciuitas vendita fuerit, cum certarum introituum annua perceptione, atque aliorum reſeruatione? Idem pluries reſolutum eſt, quoniam licet certos introitus emiſſet, tamen iuriſdictionis Dominus erat omneſque prętogatiuas obtinuerat, quas Domini irreuocabiliter habere ſolent. Hoc ius ſubuentionis ex dominij natura prouenit, ergo debetur, etiã ſi in ſpetie venditum non fuiſſet. Idem igitur eſt, ſi ex feudo fructus minimè colligerentur. Quando ad oharum onus remiſſum eſſet, ſolutionis releuij onus remiſſum non dicitur, quamobrem ius deuolutionis ſubſiſtit.

Quotidie, &c. Ex deciſione eiuſdem 76. Vincentij de Franchis.

Cap. 3.

EAdem Conſtitutione expreſsè prouidetur, quòd feudatarius pro maritanda ſorore, quam nuptui dare cogitur, adiutoriũ à vaſſallis exigere poſſit, Ideo auunculo decedente, ſuperſtiteque nepote, ac neptibus ex eadem ſorore, cùm nepos in antiquis illius feudis ſucceſſerit, ſororiq; maritum dederit, adiutorium à vaſſallis petitum deberi, reſolutum eſt, Item quia cũ de deſcendentibus primi acquirentis eſſet, & ita de cõ

prehenſis

prehenſis in inueſtitura, ad auunculi ſucceſſionem vocata erat, ſi frater maſculus ſuperuixiſſet, Itaque paragium deberi ſępiſſime concluſum eſt. Frater de ſuo proprio dotem dare non tenetur, ſed de bonis parentis communis, aut illius, ex cuius ſucceſſione ſoror excluditur: quamobrem quomodocunque frater teneatur, ſiue præciſè, ſiuè cauſatiuè, adiutorium deberi ex ipſamet Conſtitutione diſponitur.

Eadem, &c. ex deciſione eiuſdem 73.
Vincentij de Franchis.

Cap. 4.

VAſſallus Domino ſubuenire debere, quãdo auus neptem marito collocat, dubitandum non eſt: Sed quid ſi pater viuit, cuius dotare proprium officiũ eſt? Quid ſi vaſſalli pro alia nepte contribuerint? Vbi onus dotandi ineſt, ibi & neceſſitas ſubueniendi, ſed auus etiam filio viuo, omnibus neptibus, quæ in eiuſdem poteſtate ſunt, dotes dare cogitur, ergo pro omnibus ſubuentio præſtanda eſt. Filiorum appellatione neptes continentur, Ideo Conſtitutio, quãuis onerosa, ad caſum extendi non dicitur, ſed caſus ſub Conſtitutione comprehendi. An pater ſit diues, vel pauper, diſtinctio, nullatenus facienda eſt, quoniam ipſa lex ſimpliciter loquitur, & indiſtinctè adiutorium dominis per vaſſallos præſtandum eſſe ſtatuit, & in caſu etiam neceſſitas probata erat.

Vaſſallos, &c. Ex deciſione eiuſdem 215.
Vincentij de Franchis.

Cap.

Cap. 5.

COnſtitutio ſimpliciter de hominibus prælatorum, Comitum, vel Baronum loquitur, Nec ſe reſtringit ad eos, qui tenentur in feudum, ſed adiutorium, ſiue ſubſidium, Dominij ratione debitum eſt, ergo fruſtra quæritur an Dominus illud petens onera ſubeat, hoc enim in vno tantum caſu à Conſtitutione conſideratur, Nimirum quando vtilis Dominus ſeruitum Regi præſtat, tunc enim ab eius vaſſallis exigit. Si donanti placuit vaſſallos, atque Caſale in Burgenſaticum donare, Idemque Regi confirmare, neq; donatario, neque vaſſallis nocere, aut prodeſſe poteſt, quin ab eiſdem ſolita, & per Conſtitutionem debita conſequi valeat. Si feudatario, qui vtile tantùm dominium habet, adiutorium debetur, cur non Domino, qui etiam directum per donationem, Regiſque confirmationem obtinuit? Quid ſi præcedentes Domini, pro filiabus non exigerint? Præſcriptum dici nullo modo poteſt, quoniam ſucceſſoribus nullum præiudicium factum eſſe dicitur. Subſidium charitatiuum, quod Epiſcopo ratione Epiſcopalis dignitatis debitum eſt, remitti non poteſt, illud verò quod eidem tanquam vaſſallorum Domino debetur, cur remitti non poteſt?

Conſtitutio, &c. Ex deciſione eiuſdem 131. Vincentij de Franchis.

Cap. 6.

PRo filia, vel ſorore Domini maritanda, quę aliunde non habet, ſi conſuetudo adſit, & Dominus adiutorium conſequi conſueuit, ſubditi ad ſubueniēdum cogi poſſunt. Cùm pater debitor dotis exiſtat, & ad dotandum cogi poſſit, tunc filia à ſubditis patris ſubuentionem petere non prohibetur. Quid ſi plures filias habeat? pro ſingulis ſubſidium petere poteſt.

Pro filia, &c. Ex deciſionibus Senatus Burdegalenſis 129. & 130. & 131. Nicolai Boerij, & deciſione Conſilij Neapolitani 306. Vincentij de Franchis.

Cap. 7.

IDem in filia ſpuria, prædictis concurrentibus, concluſum eſt.

Idem, &c. Ex deciſione Senatus Burdegalen. 127. Nicolai Boerij.

Cap. 8.

DOminus regulariter hoc ſubſidium pro filia maritanda imponere non poteſt, quando eiuſdem bona ſufficiunt, & tunc qui paupertatem, vel neceſſitatem allegat, probare debet.

Dominus, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 65. parte 2. Franciſci Marci.

Cap. 9.

NOn debent ſubditi pro prima vice coram Domino vacua manu ſe repreſentare, cum igitur Regnum viſitat, in eius iucundo aduentu charitati-

uum

ſum ſubſidium debetur, Prout Regi Carolo octauo
Noſtro Delphino in ciuitatem Grationopolis ingre-
dienti, deberi concluſum eſt. Et propterea collectam
ſiue Talliam ſubditis imponi poſſe, vt eidem Regi
donum fieret, reſolutum. Cùm hos onus ordina-
rium, ac reale exiſtat, etiam officiales teneri, placuit.

Non debent, &c. Ex deciſione eiuſdem 1023. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 10.

SVbſidium charitatiuum Prælato de iure debetur, ideo præſcribi non poteſt.

Subſidium, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 3. de cenſibus, in Antiquis.

Cap. 11.

NOn eſt dubium, quin Papa, Cardinalis, Patriar-
cha, Archiepiſcopus, ſiue Primas, & Epiſcopus
charitatiuum ſubſidium imponere poſſunt, Cæteri ve
rò inferiores Prælati nequaquam, niſi ex priuilegio
habeant, vel ex conſuetudine: Ita autem hoc ius Epi-
ſcopali dignitati radicatum eſt, vt remitti non poſſit,
neque per ſtatutum capituli: ac totius Cleri Sede va-
cante diminui, aut præſcribi, quoniam in ſuperioris
poteſtate eſt, & quæ facultatis ſunt, præſcribi non
poſſunt.

Non eſt dubium, &c. Ex deciſione Senatus Burdegalen. 133. Nicolai Boerij.

Cap. 12.

IVſta cauſa petendi charitatiuum ſubſidium à clero eſt, quando vel ad Concilium generale, vel ad Papam pro negotijs Rempublicam tangentibus eundum eſt: Quamuis Epiſcopi ſubditos tallijs, alijſque exactionibus grauare non poſſunt, tamen hæc manifeſta, ac rationabilis cauſa eſt. Charitas, vbi non proficit, tunc poteſtas exhibenda eſt, Ideo vbi contenditur an rationabilis cauſa ſit, aut collecta exceſſiua, vel ſuperior adeundus eſt, vel arbitri eligendi ſunt.

Juſta, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 471. parte 1. Franciſci Marci, & deciſione Senatus Burdegalenſis 136 Nicolai Boerij.

Cap. 13.

ARchiepiſcopus initio promotionis poſt poſſeſſionem adeptam pro ſolutione bullarum annatæ, & alijs neceſſitatibus, aut debitis, quibus grauatus eſt. charitatiuum ſubſidium petere poteſt. Hodie diſpoſitum eſt, vt pro ſubſidio pluſquam nomine procurationis, vel viſitationis non exigatur, ſi aliter petens arbitretur, appellari poteſt.

Archiepiſcopus, &c. Ex deciſione Senatus Burdegalen. 134. Nicolai Boerij.

Cap. 14.

SEd in Regno Neapolis ad medietatem collectæ generalis, & foculariorum taxatum eſt, quæ Regi ſingulis annis ſoluitur, & ſic ad medium ducatum pro foculari.

Sed

*Sed in Regno, &c. ex deciſione Senatus Burdegalen. 88.
Thomæ Grammatici.*

Cap. 15.

EXempti ad ſubſidium non tenentur, ſi conſuetudine, vel preſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non exiſtat, tuti ſunt, aut priuilegio nominatim exempti ſint, tunc enim ad id compelli non poſſunt.

*Exempti, &c. ex deciſione Senatus Burdegalen. 135.
Nicolai Boerij.*

Cap. 16.

BVlla impoſitionis ſubſidij, quæ non ſoluentes priuat de feudatarijs poſſidētibus intelligi debet ergo libertis ſpoliatis non nocet, vt iuri communi confirmis ſit. Non poſſidens igitur non incidit, ſi non ſoluit.

*Bulla, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 952. parte 3.
libro 3. in Nouiſſimis Tholomei.*

ADOHA.

Titulus. 2.

Cap. 1.

ADoha non debetur de ducatis ducentum, qui ſū per baiulatione alicuius terræ donati ſunt, quoniam in cōceſſione per Regem facta, nullum verbum de feudo dicitur, Nec aliter ſeruitium, reſeruatum eſt, Ideo feudalis non cenſetur.

Adoha, &c. Ex deciſione Regni Neapolis 55. Petri Garſiæ à Toleto.

Cap. 1.

AGNATVS

Titulus. 3.

Cap. 1.

IS qui conſentit iura ſua perdit, & aliena corroborat, ergo ſi Dominus filium defuncti vaſſalli de feudo antiquo, vel paterno tãquam denuo inueſtiuerit, idq́ue, agnatis conſentientibus, fecerit, filio mortuo, feudum, excluſis agnatis ad Dominum reuertitur. At ſi abſque agnatorum conſenſu ſic Dominus feudi naturam mutauerit, feudum nouum non fit, ſed antiquum manet, atq; agnati mortuo filio reuocare poſſunt. Vbi agnati ſcientes conceſſioné ratam habent, inueſtitura robur habet.

Is qui, &c. ex deciſione Cameræ Imperialis 83. parte 4. Ioachimi Miſyngerij.

Cap. 2.

ET ſi agnati non ſint hæredes vltimi morientis in inueſtitura comprehenſi, qui alios teſtamento hæredes fecerat, tamen quòd hæredes primi inueſtiti ſint, ſufficit, vt in feudo antiquo ſuccedãt, pro ſe, ſuiſq́ue hæredibus, & ſucceſſionibus recepto.

Et ſi, &c. ex deciſione Rotæ Romanæ 2. de feudis, Ioannis Mohedani.

Cap. 3.

AGnatus proximior, quando agnato alienãti cõſentit, feudum antiquum paternum in extraneum de conſenſu Domini non ſimpliciter, ſed ſe obligando,

ligando, ac promittendo, quòd alienationi contraue nire, aut feudum reuocare non velit, tunc ſuis filijs præiudicium facit, adeo vt alienatore mortuo, filius feudum reuocare non poſſit, & ita in Camera iudicatum eſt.

Agnatus, &c. ex decisione Rotæ Spirenſis 155. parte I. Gaſpari Gugliemi.

DIGESTORVM
NOVISSIMORVM
TOTIVS IVRIS
SCIENTIAE.

Tomus Quintus.

VLTIMARV MVOLVNTAT.
MATERIAS CONTINENS.

TITV-

TITVLI DIGESTORVM NOVISSIMORVM TOMI QVINTI.

VLTIMARVM VOLVNTATVM.

Serie alphabetica diſpoſiti, quò facilius in hac arte tyrunculi eos inuenire poſſint.

ADitio hæreditatis,
Bonorum poſſeſſio
Codicillus
Clauſula codicillaris
Collatio bonorum
Conditio
Contradictor
Curator
Donatio cauſa mortis
Exhæredatio
Falcidia
Fideicommiſſum
Fideicommiſſarius
Hæredes
Hæreditas
Imputatio
Inſtitutio
Indigenus
Ius accreſcendi
Ius deliberandi
Legatum
Legatarius
Legitima
Poſthumus
Præteritio
Pupillus
Quærela
Quarta
Relictum
Subingreſſio
Subſtitutio
Suſtitutus
Succeſſio
Teſtamentum
Teſtator
Tranſmiſſio

Trebellianica
Tutela
Tutor
Vltima voluntas
Vſusfructus
Vſusfructuarius.

ADITIO HÆREDITATIS

Titulus. 1.

Cap. 1.

QVę monacho obueniunt ex quacunque cauſa ad monaſterium pertinẽt, ergo adit hæreditatem, etiam ſi matris obitum ignorauerit, qui omni caret voluntate, & nihil prorſus diſpoſitionis habet. Hæc teſtandi facultas monaſterio non obeſt, tamerſi Papa ad bona ſua induſtria, & labore quæſita gratiam limitauerit.

Quæ monacho, &c. Ex deciſione Regni Luſitaniæ 308. Antonij Gamæ.

Cap. 2.

ET ſi hæres fuerit in teſtamento inſtitutus, monaſterium adit.

Et ſi, &c. Ex deciſione Cappellæ Tholoſanæ 226. Ioannis Corſerij.

Cap. 3.

ADitio hæreditatis abſque ſtatuti ſollemnitatibus, quia non afficit mulierem hæredem, etiam per creditorem impugnari poteſt, atque ad adeundum cum propinquarum conſenſu, & alijs requiſitis, compelli.

Aditio

Aditio, &c. Ex deciſione Rotæ Peruſinæ 45. Ioſeph Lodouici.

Cap. 4.

POſt aditam matris hæreditatem filius inteſtatus deceſſit, cuius dotes proximioribus illius, ex cõ ſuetudine obnoxiæ erant, Quęſitum eſt, an per filium facta, qui patris hęres fuerat, bonorum confuſionem, vel ſolutionem induxerit? & omnibus placuit confuſionem, quia in conſuetudinis caſu ad filium reuocabiliter peruenerant, & iccirco matris proximiores agunt hypotecaria contra inteſtati filij ſucceſſores: Neque ſemper ſolutionis vim habet, niſi ſolus creditor debitori ſuccedat, & neque lucrum, neque damnum, ſentiat. Si creditor alteri tantùm ex debitoribus hęres fuerit, confuſionis vim habere dicitur, quia correus debitor non eſt liberatus.

Poſt aditam, &c. Ex deciſione Conſilij Neapolitani 237. Matthæi de Afflictis.

Cap. 5.

SI mulier abſque conſenſu, atque proximiorum iuramento contrahere non poteſt, neque hæreditatem adire permittitur: Quæ ſententia placuit, & communiter eſt iudicata: Vicinorum ſaltem in illorum defectum requirere opus fuit: Sed aditionem inficians, propinquiores promptos fuiſſe probare debet: Neque iuramẽtum iſtorum iuſtè impugnatur, qui dixerunt aditionem potius vtilem eſſe, quàm damnum afferre, nam comparatiuum inter aduerſantia poſi-

tam, à poſitiuo omnem vim abſtuliſſe, concluſum eſt.

Si mulier, &c. Ex deciſione Rotæ Genuæ 74. Flaminij Cartarij.

Cap. 6.

PVpillus ſolus hæreditatem adire non poteſt, Ne creditoribus obligetur, ac legatarijs. Sed ſi pater recuſat aduentitiam, filius pupillus cum tutorius authoritate ad hunc actum ſpecialiter dati, adire poteſt.

Pupillus, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 42. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 7.

SOla voluntas ſufficit ad inducendam hæreditatis aditionem, ſiue verbis, ſiue facto declarata, ergo per verba enunciatiua inſtrumenti probatur, & licet ſe cum beneficio legis, & inuentarij hæredem dixerit, tamen conditio non tenet, quam ipſe adimplere poterat, ſibi igitur imputet, ſi ſollemnia non obſeruauit aliàs nũquam tempora currerent, ac legis diſpoſitio, eluſoria redderetur.

Sola voluntas, &c. Ex deciſione Rotę Romanæ 342. parte 2. in Nouiſſimis Roluſterij.

Cap. 8.

ADitio probatur ex bonorum venditione hæreditatis filij, licet mater ſuper eiſdem de dote ſua ſatisfieri debuiſſent.

Aditio, &c. Ex deciſione eiuſdem 447. parte 1. Iacobi Putei.

Cap. 9.

SI hęres, datis executoribus, hęreditatem adire prohibitus ſit, poſſeſſionem tantùm apprehendere prohibitus cenſetur, ne illorũ officium impediri poſſit, quod eſt optimum conſilium pro exequenda teſtantium voluntate. Solo ergo verbo adire poterit.

Si hæres, &c. Ex deciſione Senatus Burdegalen. 41. Nicolai Boerij.

Cap. 10.

CReditores aditionem filij probare debet, quoniã abſtinendi beneficium habet, & lex tabularum communiter recepta eſt, quò ad ius ſuccedendi, non autem quò ad neceſſitatem adeundi: equidem hoc ius inquærendo, non autem in re quæſita conſiſtit propterea hæreditas non adita, non tranſmittitur: Mortuo igitur parente filius nomine tantùm, non reipſa hæres eſt.

Creditores, &c. Ex deciſione Cameræ Imperialis 128. parte 2. Andreæ Gaill.

Cap. 11.

PRæſumptioni iuris tantiſper ſtatur, donec probetur contrarium, Militat autem cõtra filium in domo paterna permanentem, quia fructus domus in habitatione conſiſtit, Aut ſi redditus ex hæreditate perceperit: At ſi probauerit domum iure proprio poſſidere, quia poſt patrem à directo Domino inueſtitus eſt, ſiue iure pignoris licere, tanquam pro matris dote creditori, aditionis præſumptio tollitur, quam ſo-

la

la poſſeſſio non inducit, ſed animus hæredem facit. Confeſſio poſſeſſionis non probat, niſi tanquam hæres aſſerat, aut à legatario conueniatur, & iuditium filius ſuſcipiat.

Præſumptione, &c. Ex eadem deciſione.

Cap. 12.

INuentarium caret aditionis narratiua, & ad deliberandum fieri potuit, ergo actus æquiuocus, atque indifferens, aditionem non inducit. Quamobrem concluſum eſt, matrem potius pro tutela, & adminiſtratione confeciſſe, quàm quòd animum pro aditione declarare voluerit.

Inuentarium, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 692. parte 3. libro 3. in Nouiſſimis Paleoti, & deciſione Parlamenti Delphinalis 29. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 13.

PRoteſtatio ſecretè facta, aditionem præcedens, probat defectum veriſimilis voluntatis, ergo aditio ſimulata, erronea, & nulla eſt, ſicut quando error eſt in quota inſtitutionis.

Proteſtatio, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 68. parte 2. Pauli Emilij Veralli.

Cap. 14.

ADitio corruit, quando non eſt vehemens hæredis veriſimilis voluntas, dicitur autem talis eſſe cùm donatis caſtris, poſt annos teſtator ſecretò proteſtratus fuerit, quòd per quamcunque diſpoſitionem ad Henrici fauorem factam, à donatione recedere nõ intendebat:

intendebat: licet igitur abſq; inuentario hæditatem adiuerit, tamen vnanimiter concluſum fuit, errorem teſtatoris in parte bonorum, aditionem in toto vitiare, ſicut ſi fuiſſet in quota, cùm nulla differentiæ ratio aſſignari poſſit, & Iuſtinianus, vbi de inuentario agit, Marcellum non correxit.

Aditio, &c. Ex deciſionibus Rotæ Romanæ 404. & 421. parte 3. Iacobi Putei.

Cap. 15.

AGens vt hæres, certus eſſe debuit, quomodo hæreditas ſibi delata fuerit, hæc enim ſcientia eſt aditionis ſubſtãtia; Cùm ergo hæreditas Honorij ad Chriſtophorum pertinere non poterat niſi Ludouicus hæres ab inteſtato eſſe maluerit, horum ſcientia, in illo probanda erat: Neque conſtat Ludouicum teſtati cauſam omittere voluiſſe, Ideo reſolutum fuit hæreditatem Honorij Chriſtophorum acceptaſſe non probari.

Agens, &c. Ex deciſione eiuſdem 541. parte 1. in Nouiſſimis Blanchetti.

Cap. 16.

IVri adeundi extraneorũ hæreditatem, triginta annorum ſpatio præſcribitur, quam opinionem Camera Imperialis amplectitur: Iuri autem immiſcendi, quod ſuis hęredibus competit, nullo vnquam tempore præſcribitur, quoniam ſuus, de iure ciuili neceſſarius hęres eſt, & de præſcriptione quæri non poteſt. Abſtinendi beneficium de iure prætorio eſt vtile filio

lio, quod ſi præſcribi poſſet, damnum afferret.

Iuri, &c. Ex deciſione Cameræ Imperialis 71. parte 2. Ioachimi Miſyngerij.

Cap. 17.

DOnatio omnium bonorum, iurium, & actionum, adeundi ius non complectitur, quoniam formatum non eſt, Sed formandum, & cedi non poteſt, ſicut nec ipſa voluntas. Aditio probanda eſt, quia facti eſt: Neque per teſtes de auditu, neque per literas teſtimoniales Caſſandræ probatur, nam in forma iudicij non exiſtebant, & poſt didicita teſtificata, & ſi ritè, ac rectè teſtis recepta erat, ſingularis, cui non creditur, quamuis vel maxima fulgeat dignitate. Nec atteſtando de mandato facto in eius perſona ad adeundum, deponit in facto proprio: ipſa etiam, vt teſtis citata fuit, & de hoc poterat facillimè recordari eiuſque examen relinqui non debebat. Per mandatum ad adeundum aditio non fit, quoniam do nec procuratorium executum fuerit, in ſuſpenſo eſt, de quo plenè conſtare debet. Confeſſio aditionis ante litis conteſtationem, & oportunè reuocata, non præiudicat, præſertim de alterius aditione, in qua enuntians diſpoſitionem non habebat: Neque libellus Principi ſupplex datus erat, ſed iudicialis, & regulariter, verba enuntiatiua in iudicio ante litis conteſtationem prolata, probationem non inducunt, quia enuntiantem pœnitere poteſt, licet poſt conteſtationem contrarium probari poſſit. Opulentæ hæreditatis

ditatis aditio præſumenda non eſt, niſi aliqua ipſius bona poſſediſſe probetur.

Donatio, &c. Ex deciſione Conſilij Neapolitani 60.
Vincentij de Franchis.

Cap. 18.

INcerta voluntas aditionem non parit, ergo ſi nolle vt hæres teneri proteſtatus fuerit, non poteſt dici hæreditatem adiuiſſe per alienationem ruris, etiam ſi ut dominus vendidiſſet, proteſtationem ſpecialiter reuocare debebat, quæ ſemper voluntatis in ueriſimilitudinem parit, nam abſtentio ab hæreditate reuocata non eſt, ſi quis actus fuerit celebratus, qui citrà ius, ac nomen hæredis expediri non poterat, niſi in ſpetie renuntiatum fuerit. Venditio potius facta præſumitur in executionem pacti de propria authoritate vendendo, & conſtituti precarij puris debitoris, etiam ſi vt à Domino facta eſſet, quàm inutilis hæreditatis aditio præſumatur.

Incerta, &c. Ex deciſione eiuſdem 80.
Vincentij de Francis.

Cap. 19.

SVſpenſa conditio adeuntis animum non confirmat, ergo promittens, ſi ad eum alia bona hæreditaria peruenerint, acceptaſſe non dicitur: Verba

ſimpliciter enuntiatiua non ſunt, ſed conditionalia ſuſpendebant. Neque modicæ rei poſſeſſione, quam etiam donationis titulo retinere, poterat, aut paucorum fructuum exatione probatur, ſicut ex contractu ſuper re quantumuis minima, qui citrà ius, & nomen hæredis fieri non potuiſſet.

Suſpenſa, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 21. de teſtamentis, Cæſaris de Graſſis.

DIGESTORVM NOVISSIMORVM

TOTIVS IVRIS SCIENTIAE.

Tomus Sextus.

BENEFICIORVM ET SPIRITVALIVM, MATERIAS CONTINENS.

DIGESTORVM
NOVISSIMORVM
TOMI SEXTI.
BENEFICIORVM ATQVE SPIRITVALIVM.

Serie alphabetica diſpoſiti, quò facilius in hac arte tyrunculi eos inuenire poſſint.

ABBAS
Abbatiſſa
Archidiaconus
Archiepiſcopus
Archipresbyter
Auditor Cameræ
Auditor Rotæ
Baptiſmus
Beneficium
Breue
Bulla
Canonicus
Canonizatio Sanctorum
Capitulum
Cardinalis
Clericus
Coadiutoria
Collatio
Collector
Commenda
Compaternitas
Confeſſarius
Confidentia
Datarius
Decanus
Decimæ
Derogatio
Diſpenſatio
Diſtributiones
Eccleſia
Electio
Poſtulatio
Eleemoſina
Epiſcopus
Economus
Exemptio

Gratia
Gubernator Vrbis
Hoſpitale
Impetratio
Impetrans
Indultum
Irregularitas
Inſtitutio
Interdictum eccleſiaſticum
Intruſio
Iudæi
Iuſpatronatus
Patronus
Præſentatus
Legatus
Mendicantes
Miſſa
Monachi
Monaſterium
Moniales
Nuntius
Optio
Ordinarius
Ordo
Papa
Parrochus
Peccatum
Penſio
Penſionarius
Præbenda
Præceptoria
Prælatus
Poſſeſſio
Præpoſitura
Prior
Pœnitentiarius
Prothonotarius
Prouiſio
Prouiſus
Quarta Epiſcopalis
Rector
Regula
Regula de veriſimili
Regula de idiomate
Regula de literis non expeditis
Regula de octo menſibus
Regula de iure nõ tollẽdo
Regularis
Religioſi
Reſeruatio
Reſeruatarius
Reſidentia
Reſignatio
Reſignans
Reſignatarius

Sepultura
Surrogatio
Surrogatus.

A B B A S

Titulus. 1.

Cap. 1.

ABbas ſubeſt Epiſcopo, per quem negligentia ſuppletur, & propter crimen, etiam inuito conuentu deponitur. Omnis in monachos iuriſdictio ad Epiſcopum pertinet, niſi ſint exempti, tunc enim nihil, niſi Abbate requiſito Epiſcopus in monaſterio exercere poteſt, Monere autem, vt corrigat, non impeditur.

Abbas. &c. Ex deciſione Regni Neapolis 314. Franciſci Viuij.

Cap. 2.

SI caput religionis faciat, magnus Abbas appellatur, ſigillumq́ue authenticum habet, atq; Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubijcitur, & ab ipſa, ſiue Legato de latere confirmationem obtinet: Inferiores autem authenticum, niſi de conſuetudine appareat, nullo modo habent, prætterquam ſi ad eorum officium pertineat.

Si caput, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 1078. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 3.

SI mitræ, ac baculi vſum habeat, Epiſcoporum loco adhibetur, in cauſa actualis degradationis, vbi

iſtorum

iſtorum certus numerus requiritur, quoniam & culmine dignitatis gaudet, & ſupremam poteſtatem habet ſicut Epiſcopi.

Si mitræ, &c. Ex deciſione Regni Neapolitani 314. Franciſci Viuij.

Cap. 4.

ET Sollemni benedictione populo, in eccleſijs, quæ ad eos pertinent, benedicunt, dum ſollemnia celebrant, non autem albi, niſi ex priuilegio caueatur.

Et ſolemni, &c. Ex deciſione Parlamenti Delphinalis 1079. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 5.

AN autem minores ordines conferant, ſeu tonſuram per manus appoſitionem dent? Placuit, ſi presbyter, & benedictus fuerit, & proprio monacho conferat, non alieno.

An autem. &c. Ex deciſione eiuſdem 1080. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 6.

SI iuriſdictionem in eccleſijs ſibi pleno iure commiſſis habeant Epiſcopalem, & authoritatem, & decretum, in alienatione rerum Eccleſiæ interp onere non prohibentur.

Si iuriſdictio, &c. Ex deciſione eiuſdem 1081. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 7.

Cap. 7.

ETiam ante benedictionem Abbas appellatur, atque baculo paſtorali, anulo, & mitra, alijſq; pontificalibus ornamentis vti poterit, quæ potius ad eccleſiarum ſuarum decorem conceduntur, quàm vt aliquid ordinis conferatur, aut caracteris imprimatur, Hæc benedictio potius ad ſollemnitatem, atque ordinem refertur, quàm ab ſubſtantialia. In Epiſcopis, ante conſecrationis munus, aliter dicendum eſt.

Etiam, &c. Ex deciſione eiuſdem 1084. parte 1. Franciſci Marci.

Cap. 8.

NOn poteſt quis eodem tempore habitum ſuſcipere, profeſſionem emittere, & in Abbatem eligi, quoniam eum qui diſcipulus eſſe non nouit, magiſtrum eligi non conuenit.

Non poteſt, &c. Ex deciſione Rotæ Romanæ 261. parte 2. Iacobi Putei.

Cap. 9.

SIne conſenſu ſui couuentus agere poteſt, etiam ſi bona diuiſa non ſint, neque diſtincta.

Sine conſenſu, &c. Ex deciſione Cappellæ Tholoſanæ 79. Ioannis Corſerij.

Cap. 10.

QVando Abbas adminiſtrationes committit, quòd nuda voluntate ad clauſtrum reuocare

poſſit

poſſit, etiam ſine cauſa, exprimit: Quare ſi abſit malitia, priorem manualẽ, remouere potuiſſe, viſum eſt.

Quando, &c. ex deciſione Rotæ Romanæ 778. parte 1. in Nouiſſimis Seraphini.

Cap. 11

NEque erectio, neque ordinatio mero iure valet, quæ ab Abbate in generali concilio de Sacriſ-ſtia, ſiue custodia à ſuo monaſterio dependente, facta eſt, Priore reuocato: Quęcunque enim iuſtiſſima cauſa fuerit, ſine prioratus præiuditio fieri debebat, & quia erat illius ſeparatio, prioris vocatione opus erat Si prioratus alteri dignitati vnitus fuiſſet, neceſſaria non fuiſſet.

Neque erectio. Ex deciſione eiuſdem. 1. de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu Cap. in Nouis.

Cap. 12.

CApitulum maius ante collegiatæ erectionem præeminentias habere conſueuit, ſiue iura cathedralis, atque collegiatæ: Abbas verò poſtea creatus, & capituli caput eſt, & ſpetialiter collegiatæ, quia & epiſcopus cleri caput eſt, & ſui capituli ſpetiale caput: Si iura archipreſbitera tui competebant, illo ſuppreſſo ad Abbatẽ tranſmiſſa ſunt, & iura immutata: Si ſpetialiter capitulo, priuatiuè autem archipresbitero iura remanent: At ſi capitulo duntaxat, vbi & archipresbiter continetur, conuenientius committet capitulo cum eo capite exercere, & illa iura ruerent, quia ſtatus etiam iſto caſu immutatus eſt.

Capi-

Capitulum, &c. Ex deciſione Eiuſdem 235. parte 2.
Ioacobi Putei.

ABBATISSA.

Titulus. 2

Cap. 1.

IN Abbatiſſam, niſi virgo eligi non poteſt, cùm corrupta promouenda eſt, diſpenſatione opus eſt.

In Abbatiſſam, &c. Ex deciſione Cappellæ Tholoſanæ 296.
Ioannis Corſerij.

Cap. 2.

SI permiſerit ſe corrumpi, ipſo iure priuata eſt.

Si permiſerint, &c. Ex deciſione Regni Neapolitani 314.
Franciſci Viuij.

Cap. 3.

SOla Abbatiſſa procuratorem conſtituere poteſt, quia & ipſa adminiſtrationem habet, nec ſumus in arduis, cùm de ad lites tantùm mandato actum ſit.

Sola, &c. Ex deciſione Rotæ Romanę 285. parte 2.
Iacobi Putei.

Cap. 4.

TEmporalium Abbatiſſa adminiſtrationem habet, & iuriſdictionis aliquantulum, nam & ſuſpendere moniales ab officio poteſt, & ſibi ſubiectos clericos, ex cauſa, ne in eius ecclesia celeb:ent, prohibere, & à beneficio ſuſpendere, atque præbendas ſubtrahere. In adminiſtratione æquiparatur Abbati, quo

niam vt caput monaſterij, dignitatem habere dicitur Neque moniales benedicere, neque confeſſiones audire, aut verbum Dei prædicare poteſt, neq; incenſum circa altare deferre valet, aut vaſa ſacra, ſacraſque pallas tangere.

Temporalium,&c. Ex deciſione Regni Neapolitani 314.
Franciſci Viuij.

AVDITOR CAMERÆ.

Titulus. 3.

Cap. 1.

Circa obligationes in forma Cameræ, Auditor etiam procuratore perſonaliter non citato, per citationis affixionem tantùm procedere poteſt. Citationes iſtæ, vna die pro altera fiunt, per totam autem audientiam nequaquam, quaſi talis per affixionem citatio ab ortu, vſque ad occaſum permanere debere cẽſeatur.

Circa,&c. Ex deciſiune Rotæ Romanæ 178. parte 1.
Iacobi Putei.

Cap. 2.

A.C. qui ordinarius literarum apoſtolicarum executor exiſtit, potuit vigore Eugenianæ, quę Curiales tuetur, Martino monitorium facere, vt à moleſtijs deſiſteret, quas ſuper Vicaria Curialis inferebat, atque in contumaciam excommunicare. Habet hoc etiam in facultatibus, & quæ ampliſſimæ, & in dies vſu receptæ ſunt.

A. C. &c. Ex deciſione eiuſdem 102. parte 3. libro 3. in Nouiſſimis Fabij.

Cap. 3.

NIſi prius extenſo obligationis cameralis inſtrumento A. C. ad cenſuras procedere non valet, licet pars ad videndum extendi, coram eo citata fuerit:

Niſi prius, &c. Ex deciſione eiuſdem 890. parte 3. libro 2. in Nouiſſimis Tholomei.

Cap. 4.

QVia decimæ debentur eccleſiæ ſuæ, ergo Martinus ab A. C. remiſſoriam obtinere non potuit, quia & ſi inter non ſubditos in Curia præſentes iuriſdictionem exerceat, attamen neque perſonarum, neque ſibi debitorum, ſed ſuæ eccleſię ratione agitur, quæ ſub iſta iuriſdictione non exiſtit.

Quia decimæ, &c. Ex deciſione eiuſdem 870. parte 3. libro 3. in Nouiſſimis Tholomei.

FINIS.

IVLII SANNAZARII DELLA RIPA

Patritij Papienſis, I. V. Doct. ac publ. Iuris Pontificij Veſpertini Ordinarij in patriæ Gymnaſio profeſſoris,

SPONSALIORVM, AC MATRIMONII Diſſolutionum Diſtinctiones Duæ, ex eiuſdem Interpretationibus, in Rubr. Decretalium de ſponſalibus, & Matrimonijs excerptæ;

BARTHOLAMAEO BRVGNOLIO SVMMO SENATVS MEDIOL. PRAESIDI,

Ac Potentiſs. Hiſp. Regis à Secretis Conſiliario Optimo.

TICINI, M.D.IC.

Ex Typographia Hæredum Hieronymi Bartoli.

IVLII SANNAZARII
DELLA RIPA

Patritij Papienſis, I.V. Doct. ac publ. Iuris Pontificij Veſpertini Ordinarij in patriæ Gymnaſio profeſſoris,

SPONSALIORVM, AC MATRIMONII

Diſſertationum Diſtinctiones Duæ, ex eiuſdem Interpretationibus, in Rubr. Decretalium de ſponſalibus, & Matrimonijs excerptæ;

BARTHOLAMAEO BRVGNOLIO
SVMMO SENATVS MEDIOL. PRAESIDI,
Ac Potentiſs. Hiſp. Regis à Secretis Conſiliario Optimo.



TICINI. M.D.IC.

Ex Typographia Hæredum Hieronymi Bartoli.

D. O. M.

HASCE SPONSALIORVM, AC MATRIMONII
DISSOLVTIONVM TABELLAS, QVAS, VTI PRIMOS PARTVS,
IN LVCEM EMITTIT, DVM INTERIM PARANTVR IPSAE
INTERPRETATIONES, QVO ALIQVOD LABORVM
SVORVM SIGNVM OSTENDAT,
ILLVSTRISSIMO, TERQVE EXCELSO VIRO
BARTHOLOMAEO BRVGNOLIO EXCELLENTISSIMI SENATVS
MEDIOLANENSIS PRAESIDI INTEGERRIMO, ATQ; OPTIMO,
VT OMNES SVAS VIGILIAS PERPETVO EIVSDEM SENATVS
PRAESIDIO TVTAS ESSE VELLE DECLARET,
IVLIVS SANNAZARIVS RIPENSIS, I. V. DOCT. PATRITIVS
TICINENSIS, EIVSDEMQVE SENATVS BENEFICIO IAM
SVPRA DECENNIVM PATRIAE GYMNASII INTERPRES,
DICAVIT.

Philippi Albertinij Piſcienſis I.C.

IN IVLII SANNAZARII ACADEMICI AFFIDATI,

Sponſaliorum, & Matrimonij diſſolutiones.

OPTATOS homini thalamos, pactoſque Hymenæos,
Vinclaque, queis Iuno libera colla iugat,
Ordine dum miro doctus diſſoluit Iülus,
Spes Sannazaridum *certa, propago virens;*
Sancta Themis ſtupet, agnoſcens oracula dictis,
Quæ ſolet ipſa ſuo pandere ab ore ſacra.
Ac, Si non cæcis opus eſt ambagibus, *inquit;*
Num poſthac noſtrum limen adibit Hymen?
Nec minus eiuſdem metuit pro talibus auſis
Mnemoſyne; atque acri tangitur inuidia.
Et, Vereor, ne quid ſordeſcant munera noſtra,
Rarius atque aris thura crementur, *ait.*
O igitur meritò exornandum laudis honore,
Numina cum metuant, inuideantque ſimul!
Macte animi, & diæ pariter virtutis, Iüle:
Claros ſic referes mox, imitator, auos.

IVLII SANNAZARII DELLA RIPA

Sponſaliorum validorum, inualidorumq; diſſolutionis diſtinctio, ex nona, decimaq; eiuſdem prælectionibus, in Rubr. Decretalium de Sponſalibus excerpta.

- Sponſalia diſſoluuntur, aut
  - Fine deſtinato, Nempe Matrimonio. 1
  - Aut non deſtinato, & tunc, aut
    - Neceſſitate, quæ prouenit, aut a
      - Natura, vt Morte. 2
      - Aut à legis diſpoſitione, quæ operatur, aut ob
        - Delictum, quod eſt, aut
          - In Deum A
          - Aut in homines B
        - Aut ob aliā coiūctionē, quæ eſt, aut
          - Certa G
          - Aut incerta H
    - Voluntate,
      - Vel de facto, vbi præſente Parocho, duobus, tribuſve teſtibus p verba de præſenti deſponſaret aliam. 24
      - Vel de Iure
        - Aut ex cauſa exiſtenti, & tunc, aut
          - Sponſalia ſunt non pura I
          - Aut ſunt pura K
        - Aut ex cauſa ſubſecutiua, & tunc, aut
          - Fit aliqua mutatio O
          - Aut non P

In

- **In Deum A**
  - Aut delictum eſt in fide, & tunc, aut
    - Eſt totalis infidelitas, & diſſoluuntur. 3
    - Aut hæreſis tantũ, & diſſoluuntur. 4
  - Aut in voto, & tunc, ſiue
    - Simplex, ſiue
      - Sit Tacitum, 6
      - Siue expreſſũ, diſſoluuntur. 7
    - Siue ſolemne, diſſoluuntur. 5
- **In Homines B**
  - Aut delictum verſatur, quo ad matrimonium, & tunc, aut
    - Ratione præſentis alterius, & tunc, ſiue
      - Sola Sponſalia cum alio ſint cõtracta, diſſoluũtur; 8
      - Siue Matrimonium. 9
    - Aut non præſentis, & tũc, aut delictum verſatur
      - Quo ad aliud matrimoniũ tranſactum, & tunc, aut
        - Violatũ Thorum tantum fuit, & tunc, aut
          - Adulterium fuit cum inceſtu, & tunc perpetua eſt Sponſaliorũ diſſolutio: niſi, quod in adoleſcentibus, metu incontinentiæ, tolerantur. 10
          - Aut fuit ſimplex Adulterium C
        - Aut etiam perſona coniuncta, & tunc,
          - Aut perſonæ coniunctæ affuit mors, & eſt perpetua: niſi in addoleſcentibus. 12
          - Aut affuit ſola Machinatio D
      - Vel quo ad futurum E
  - Aut quo ad alia F

Sim-

- **Simplex Adulteriũ C**
  - Aut Sponſalia cõtrahuntur cum polluta, & diſſoluuntur. 11
  - Aut cum alia, nec cadit diſſolutio.
- **Sola Machinatio D**
  - Aut affuit etiã pollutio eius, cuius fuit coniugiũ affectatum, & diſſoluuntur: fallit in adoleſcentib.
  - Aut non, nec diſſoluuntur.
- **Quo ad Futurum E**
  - Aut delictũ eſt commiſſum in perſonam, cũ qua contrahitur, & tunc,
    - Aut perſona contraxit, dum eſſet in rnpientis poteſtate, & diſſoluuntur. 14
    - Aut non, & tunc non diſſoluuntur.
  - Aut quo ad conditiones, in ipſis Sponſalibus appoſitis, quæ, vel ſunt
    - Contra ſubſtantiam Matrimonij, & Sponſalia diſſoluuntur. 15
    - Aut non, nec diſſoluuntur.
- **Quo ad alia F**
  - Aut delictũ eſt carnale, & hoc caſu contrahitur perpetua inhabilitas, vel
    - Ex raptu alterius vxoris: præterquam in adoleſcentibus. 16
    - Vel ex matrimonio de facto con ſanctimoniali contracto. 17
  - Aut non, & hoc caſu contrahitur perpetua inhabilitas, vel
    - Ex cognatione Spirituali contracta cum propria vxore: præter in adoleſcentib. 18
    - Vel ex Presbytero interfecto: præter in adoleſcentibus. 19

Certa

- **Certa G**
  - Quæ diſſoluit ſiue affuit, 20
  - Siue ſuperuenit. 21
- **Incerta H**
  - Hæc, aut affuit, & tunc, aut
    - Aderat fama vehemens, & diſſoluuntur. 22
    - Aut non aderat, nec diſſoluuntur.
  - Aut ſuperuenit, & tunc, aut
    - Conſtitit, & diſſoluuntur. 23
    - Aut non, nec diſſoluuntur.

HViuſmodi coniunctiones, quemadmodum proueniant, vel ex ſanguine, vel ex legis diſpoſitione, & quo in gradu operentur, & quibus in caſibus non operentur diſſolutionem Sponſaliorum, dicam infra in secũda diſtinctione, quo ad Matrimonium; cum hoc caſu nulla ſit differentia, & hæc ſat ſint in genere attigiſſe.

Secuta

- Sponſalia non ſunt pura I
  - Sed ſunt conditionalia, & tunc, aut
    - Defficit conditio, vel
      - Secuta copula, non.
      - Nõ ſecuta, & poſſunt diſſolui. 25
    - Aut non, nec diſſoluuntur.
  - vel in diem
    - Aut dies aduenit, vel
      - Secuta copula, non.
      - Nõ ſecuta, & poſſunt diſſolui. 26
    - Aut non, nec diſſoluuntur.
- Sunt pura K
  - Non affuit conſenſus, ſed
    - Vel fuit ſimulatus, & diſſoluuntur. 27
    - vel prouenit, aut
      - Ex metu, q̃d aut
        - Cadit in conſtantem virũ, & diſſoluuntur. 28
        - Aut non, nec diſſoluuntur.
      - Ex imbecillitate, quæ cõſideratur, vel
        - Ratione ætatis infantilis, & tunc, aut
          - Ratum habet poſt infantiã, nec diſſoluuntur.
          - Aut non, & diſſoluuntur. 30
        - Vel morbi furentis, & diſſoluũtur. 29
  - Aut affuit, & tunc, aut
    - Fuit erroneus, vel
      - Quo ad perſonam, & diſſoluũtur. 31
      - Quo ad perſonę acceſſoria, & tunc error fuit, aut
        - Reſpectu qualitatis, vel
          - Corporis, L
          - Vel animi M
        - Aur reſpectu cõditionis ſeruilis, & poſſunt diſſolui. 32
    - Aut non N

- Corporis, L
  - Vel ex infirmitate, & tũc, vel
    - Ex ea ꝑuenit Impotentia, & poſſunt diſſolui. 33
    - Vel nõ peruenit, & tũc, vel.
      - Infirmitas eſt contagioſa, & poſſunt diſſolui. 35
      - Vel ex ea prouenit maxima debilitas, & poſſunt diſſolui; vtſup. 34
  - Vel ex deformitate, quæ vel
    - Eſt maxima, & pñt diſſolui. 36
    - Aut non, nec poſſunt.
- Vel Animi M
  - Aut habet turpem, vel prodigam, vel impudicã vitã; & poſſunt diſſolui. 37
  - Aut non, nec poſſunt.
- Non fuit erroneus N
  - Aut ſunt adulti, & deueniũtur ad cauſas ſubſecutiuas, vel
    - Fit mutatio O
      - Ratione perſonæ, vel
        - Quo ad conditionem, vel
          - Corporis, & tunc, aut Q
          - Vel animi, vt ex voto R
        - Vel quo ad qualitates, vel
          - Corporis, & dic, vtſup. de erroneo conſenſu, quoad qualitates corporis. 43
          - Vel animi, & tunc diſſolutio prouenit, vel S
      - Ratione loci, vt ſi fiat abſens, vel
        - Ex cauſa volũtaria oĩno, & pñt diſſolui. 47
        - Vel ex cauſa inuoluntaria, & tunc relinquit arbitrio Iudicis. 48
    - Non fit P
      - Aut vterq; cõſentit, vt diſſoluantur, & diſſoluuntur. 49
      - Aut non, & tunc, aut
        - Ambo diſſentiunt, nec poſſunt diſſolui.
        - Aut vnus tantum, & tunc, aut
          - Qui diſſentit eſt paratus cõtrahere, nec poſſunt diſſolui.
          - Aut non, ſed differt, & tũc, aut T
  - Nõ ſunt adulti, & tunc
    - Antequã ſint adulti nõ poſſunt diſſolui.
    - Poſtquã ſunt adulti poſſunt. 38

Corporis

- Corporis Q
  - Efficitur ſeruus, & poſſunt diſſolui. 39
  - Aut non, nec poſſunt.
- Animi, vt ex voto R
  - Simplici, vel
    - Firmato ſacrorum ordinũ ſuſceptione, & diſſoluuntur. 41
    - Non firmato, & tunc, aut
      - Vult ſolemnizare votum, & diſſoluuntur. 42
      - Aut non vult, nec diſſoluuntur ſecundum aliquos: alij contra. 42
  - Vel ſolemni. 40
- Animi, & diſſolutio prouenit S
  - Ex iiſdem cauſis ſupradictis de erroneo cõſenſu, quo ad animum. 44
  - Vel ex fornicatione, ſiue
    - Voluntaria, quo ad vtrũq. 45
    - Vel violenta, quo ad ſponſam. 46
- Differt, & tunc, T
  - Aut non eſt tranſactum tẽpus legale, nec poſſunt diſſolui;
  - Aut eſt tranſactũ, & tunc, aut
    - A Iudice fuit ſtatutus alius terminus, & tunc, aut
      - Sequitur Iudicialis diſſolutionis ſententia, & poſſunt diſſolui. 59
      - Aut non, nec poſſunt.
    - Aut non, nec poſſunt diſſolui.

VLterius ſciẽdum eſt, omnibus in caſibus, in quibus diſſoluitur matrimoniũ ratum, ſiue quoad Thorum, ſiue quo ad vinculum, iiſdem ex cauſis diſſolui ſpõſalia, qui caſus, infra in ſequenti tabella erunt expreſſi, hic enim tetigi ea, in quibus, quo ad diſſolutionem, aliqualiter differunt ſponſalia, & matrimonium, licet, hic etiam habeantur ſimiles caſus.

Iuris loca, ex quibus iam dicta diſtinctio probatur.

1 CAp. ex litteris, huius initij ſecundo, infr. eod. Coaru. epit. huius libri par. 1. cap. 4. §. 1. & 2.
2 L. 3. C. eod. l. ſi à ſponſo C. de donat. inter vir. & vxor. Rom. in Rubr. ff. ſolut. matrim. num. 22.
3 Cap. caue, & ſeq. 28. q. j. cap. quanto infra de diuort.
4 Gloſ. in cap. j. 35. q. 5. l. fin. C. eod.
5 6. 7. Cap. rurſus, c. conſuluit infra qui cler. vel vou. Innocent in cap. iuuenes, num. 7. infr. eod.
8 Cap. ſicut ex litteris, c. ſi inter infr. eod. c. 1. infr. de ſponſ. duor.
9 Innoc. in d. c. iuuenes num. 7. infra eod. Rom. in d. Rubr. nu. 11. & 18.
10 Cap. ſi quis viduam, c. qui dormierit, c. concubuiſti 32. q. 7. c. in adoleſcentia 33. q. 2.
11 Cap. fin. infr. de eo, qui cogno. quam pol. per adult. Hoſtienſ. hic in ſumma, nu. 26. verſic. 5.
12 13. Cap. interfectores 33. q. 2.
14 Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. ſub Rubr. de reform. matrim.
15 Cap. fin. infr. de condit. appoſi. ſuper deſponſ. c. ſolet 32. q. 2. Rom. in d. Rubr. num. 14.
16 Cap. ſtatutum eſt 27. q. 2. d. c. in adoleſcentia.
17 Vigeſima ſeptima q. 1. per totum.
18 Cap. de eo 30. q. 1. d. c. in adoleſcentia.
19 Cap. 2. infr. de pœnit. d. c. in adoleſcentia.
20 Trigeſima quinta q. 5. per totum, c. non debet infr. de conſang. & affinit. cum pluribus alijs, de quibus infra in matrim. diſſolut. diſtinct.
21 Cap. 2. cap. fraternitati, ca. ex litteris infr. de eo, qui cogno. conſang. vxor. ſuæ.
22 Cap. cum in tua infr. eod. c. 2. infr. de conſang. & affinit. c. ſuper eo, ſupra de teſtib.
23 Vt ſupra num. 3. Hoſtienſ. hic in ſumma num. 10. verſic. item tertio.
24 Cap. veniens, c. Is qui, c. Si inter infr. eod. Concil. Triden. vbi ſupra, cap. primo.
25 Hoſtien. in ſumma infr. de condit. apposit. ſuper deſponſat.
26 Cap. ſicut ex litteris infr. eod. Hoſtien. hic in ſumma num. 10.
27 Cap. tua nos inf. eod. l. ſimulatum ff. de rit. nupt. Rom. in d. Rubr. nu. 14.

28 Cap.

28 Cap. veniens ad nos infr. eod. Roma. vbi ſupra num. 6.
29 Cap. dilectus infr. eod. l. ſicut ff. eod. ca. neque furioſus 32. q. 2. Roman. vbi ſupra num. 7.
30 Cap. Gemma infr. eod. l. in ſponſalibus ff. eod.
31 Vigeſima nona q. 1. per totum, Innocen. in d. c. Iuuenes, num. 7. Roman. vbi ſupra, num. 14.
32 Vigeſima nona q. 2. per totum, c. propoſuit, c. fin. infr. de coniug. ſer. l. Iulia. ff. de ritu nupt. Innoc. ac Roman. vbi ſupra, & num. 3.
33 L. fin. C. eod. Ionoc. vbi ſupra.
34 Cap. quemadmodum ſupra de iur. iur. d. l. fin.
35 Dict. cap. quemadmodum, c. fin. infr. de coniug. leproſ.
36 Dict. cap. quemadmodum.
37 Dict. l. fin. C. eod. l. conſenſu C. de repud. Archiepiſc. Florent. par. 3. tit. 1. cap. 18. §. 1.
38 Cap. de illis, c. à nobis infr. de deſponſ. impub. Coaru. vbi ſupra par. 1. cap. 5. §. 2.
39 Vigeſima nona q. 2. per totum.
40. 41. 42. Cap. commiſſum infr. eod. c. ex publico ſupr. de conuerſ. coniug. c. 1. de voto libr. 6. c. ex parte ſupr. de conuerſ. coniug. §. ecce, 27. q. 2. Archiepiſc. Florent. part. 3. tit. 1. c. 4. §. 1. Butrius hic.
43 Vide ſupra num. 33. 34. 35. & 36.
44 Vt ſupra num. 37.
45 Cap. quemadmodum ſupr. de iur. iur.
46 Cap. raptor 27. q. 2.
47 Cap. de illis infr. eod.
48 §. ſed etiam captiuitatis in auth. de nupt. l. ſæpè ff. eod. Hoſtien. hic in ſumma, §. qualiter diſſoluantur, primo caſu.
49 Cap. 2. infr. eod.
50 Hoſtien. in ſumma hic, §. qualiter diſſoluantur propè principium, iuncto cap. ſicut ex litteris infr. eod. vt, & fuſius ipſe explicaui.

Petrus

Petrus Bartolus Lectori.

HASCE duas diſtinctiones, quaſi per arborem, repreſentare, nec incondite Author volebat; incipiens ſiquidem ab imis radicibus, atque inde, pertuo quoddam nexu, progrediens ad ſtipitem, ramos, frondes, ſummaque cachumina: verum enimnero, cum in ſat maximam amplitudinem creuiſſent, impoſſibile quodammodo erat, vt exiguo vnius folij ſpatio clauderentur; quare in huiuſmodi Tabellas redactas, ſi non integras, vno oculorum ictu aſpicies, ſaltem, tanquam conciſas in ligna, & erectas in ſtruem intueberis: nec non magis aperte enucleatas eas habebis; quod fieri, primo in caſu, haud facile poterat, hacque de re dillata earum editio per multos menſes fuit, dum enim eas interpretabatur, prælo edendæ in arboris formam mihi fuerunt allatæ. Quod teſtatum velim, ne longo ſtudio elaboratas arbitreris; breui tamen fiat, vt, ſi aliqua ſint fuſius explicanda, ex ipſis interpretationibus, habeantur. Interim vale.

IVLII SANNAZARII DELLA RIPA,

Matrimonij ſoluendi diſtinctio, ex tribus poſterioribus eiuſdem prælectionibus in Rubricam Decretalium de Sponſalibus, excerpta;

LAVRENTIO POLAE REG. AC DVC. Status Mediolanenſis Senatori Ampliſſimo.

TICINI, M.D.IC.

Ex Typographia Hæredum Hieronymi Bartoli.

PERILLVSTRI,

AMPLISSIMOQ;

SENATORI

MEDIOLANENSIS

Ditionis

LAVRENTIO POLAE,

Iulius SannaZarius Ripenſis, I. V. D. S.

DEcreveram, vir ampliſsime, publicas meas interpretationes In ius pontificium primi huius anni in lucem emittere, illaſque hiſce ampliſsimis patribus collegis tuis per partes dicare, verũ, cum ob multas, ac varias meas diſtractiones nondum ſupremam manum illis apponere potuerim, vt tamen aliquod ſignum ingenioli mei ter excelſo huic ordini demonſtrarem, hanc matrimonij ſoluendi diſtinctionem, ſimul cum ſponſaliorum diſſolutionis diſtinctione, quaſi neceſſariam ad

illius maiorem claritatem, edendam propoſui, ſed adeo leuis res mihi viſa eſt, vt horum grauiſsimorum patrum conſpectu indignam prorſus agnouerim. Quamobrem te vnum præelegi, quem, cum ſciam optimè in ſtudioſos animatum, rogatum velim, vt tuo patrocinio tutam, cæteris quoque acceptam efficias: qua in re proſint mihi ſaltem paterni aui Iohannis Franciſci Sannazarij vulgo Ripa nuncupati manes, viri de re litteraria optime meriti, huiuſq; ordinis non immeriti ſenatoris, cuius, vt veſtigia proſequerer, publicum profitendi munus iam ſupra decennium Ticinenſi hoc in gimnaſio ſuſcepi; proſit maiorum meorum origo, ex Hiſpania prouenienſ, & tandem proſit ſumma tui comitas. Vale Ticini. Cal. Octobris M. D. IC.

IVLII SANNAZARII DE RIPA

Matrimonij ſoluendi Diſtinctio.

- Matrimonium diſſoluitur, vel prout eſt
  - Legitimum tātum, quod diſſoluitur, omiſſis caſibus, in quibus, & ratum,
    - Vel ſecundum leges Gentiū. & tunc, vel
      - Prout apud varias Gentes diuerſę sūt leges, quod ſciri haud omnino poteſt, nec admodum vtile eſt. 1.
      - Vel iure ciuili Romanorum, & tunc diſſoluitur, vel
        - Ex eo, quod eſt inualidū, & tūc diſſolutio aliquando
          - Pendet à voluntate, & hi caſus ſunt infra in rato.
          - Vel fit de neceſſitate A
        - Vel diſſoluitur, etiam validum, quod fit. vel
          - Diuortio D
          - Vel ſeruitute E
    - Vel ſecundum ius Pontificiū, quando alter coniugum ad fidem venit, & tunc,
      - Aut Infidelis vult recedere, & pōt diſſolui. 18.
      - Aut non, & tunc,
        - Aut infidelis vult cohabitare, vt ſeducat, vel non abſtinet à blaſphemia diuini nominis, & poteſt diſſolui. 19.20.
        - Aut non, & tunc,
          - Aut fidelis vult cohabitare, nec poteſt diſſolui.
          - Vel non vult, & tunc, quo ad vinculum non poteſt; ſed pōt quo ad cohabitationem. 21.
  - Vel prout eſt ratum, quod conſideratur, vel prout eſt
    - Initiatum tantum, quod diſſoluitur, vltra caſus conſumati,
      - Vel ex Impotentia F.
      - Vel ex nolun tate, & tunc, aut
        - Ex morbo cōtagioſo ignorato, vel ſuperuenienti G
        - Ex aliqua alia cauſa L
    - Vel prout eſt conſumatum M.

De neceſſitate A

- Et tunc prouenit, vel ex delicto, quod cõmittitur, vel
  - Inſpecta qualitate perſonæ, cum qua contrahitur, & tũ prouenit, vel
    - Ex ſubiectione aliqua, & tunc id eſt, vel
      - Ex poteſtate tuendi, vt in
        - Tutore, 2
        - Et Curatore. 2
      - Vel ex iuriſditione, vt Iudicis. 3
    - Vel ex diſparitate conditionis, vt pote, quando
      - Vnus eſt ſeruus, & diſſoluitur. 4
      - Vel libertus, qui nequit cõtrahere cum
        - Senatore, 5
        - Vel eorum filijs. 5
  - Vel quæ contrahit, vt
    - Filiusfam. ſine conſenſu patris. 6
    - Minor ſine cõſenſu tutoris, vel curatoris. 7
- Vel ex alia coniunctione, quę prouenit, vel
  - Ex ſanguine, quæ dicitur, vel
    - Conſanguinitas, quæ conſideratur, vel
      - Inter aſcendẽtes, & deſcendentes, & ſemp diſſoluitur. 8
      - Vel inter collaterales, & tunc,
        - Vel eſt contractũ cũ iunctis cum ſtipite in tertio Iur. ciuilis gradu, licet ſint in vlteriori, & diſſoluitur. 9
        - Vel in vlteriori gradu, nec diſſoluitur.
    - Vel affinitas, quæ conſideratur,
      - Vel in primo gradu, & tunc diſſoluitur, ſiue proueniat
        - Ex matrimonio conſtanti, 10
        - Siue ſoluto. 10
      - Vel in vlteriori, nec diſſoluitur.
  - Vel ex lege, & aut huiuſmodi coniunctio
    - Eſt ſoluta B
    - Aut non ſoluta C

- Eſt ſoluta B
  - Eſt inter aſcẽdentes, & deſcendentes, & diſſoluitur vt ſupra. 11
  - Aut inter Collaterales, & tunc non diſſoluitur.
- Diuortio D.
  - Quod eſt vel ex cauſa, & licitũ, & hic poteſt, nec vlla adeſt pœna. 13.
  - Vel fit ex ſola volũtate, & illicitum, ac pœnale. 14
- Seruitute E.
  - Siue ſeruitus proueniat ex captiuitate diſſoluitur; 15
  - Siue ex alia quauis cauſa, 16
- Non eſt ſoluta C
  - Eſt inter aſcendentes, & deſcendentes, & diſſoluitur vt ſupra. 11
  - Aut inter Collaterales, & tunc,
    - Aut coniunctio eſt intra tertium gradum, & diſſoluitur. 12
    - Aut vltra, nec diſſoluitur.
- Impotentia F
  - Ex morbo contagioſo ignorato, vel ſuperueniente, & tunc, G
    - Aut fuit per ſummum Pontificem diſpenſatum, & diſſoluitur. 26
    - Aut non, & ſecũdum aliquos etiam diſſoluitur: communis contra. 27
  - Quæ eſt vel naturalis, quæ prouenit, vel
    - Ex vitio naturæ, H
    - Vel ex ætate, I
  - Vel accidentalis, & hæc prouenit, vel
    - Ex morbo, & diſtingue, vt in naturali pueniente ex vitio naturæ.
    - Vel ex maleficio. K.

Ex vitio

- Ex vitio naturæ H
  - Aut huiuſmodi impotentia eſt perpetua, & tunc,
    - Aut id ſit à potenti, nec pōt diſſolui.
    - Aut ignorat, & diſſoluitur. 22.
  - Aut non eſt perpetua, nec pōt diſſolui.
- Ex ætate I
  - Minori, & tūc,
    - Antequā ſint adulti, non; cō ualeat in vim ſponſaliorum.
    - Poſtquam ſūt adulti, poteſt diſſolui. 23.
  - Vel maiori
    - Nota eſt ætas peréti, nec poteſt diſſolui.
    - Aut probabiliter ignoratur, & poteſt ſecundum aliquos. 24.
- Ex maleſicio K
  - Aut non fuit adhibitum Eccleſiæ remedium, nec poteſt diſſolui.
  - Aut fuit adhibitum, & tunc,
    - Aut ſuperuenit potentia, nec diſſoluit.
    - Aut non, & poteſt diſſolui.

- Ex alia cauſa L
  - Quæ eſt probabilis, vt poſſit diſpenſari, & tunc,
    - Aut fuit diſpē ſatum per ſummum Pontificem, & diſſoluitur. 28.
    - Aut non, nec diſſoluitur: niſi vt infra, vbi non eſt probabilis.
  - Vel non eſt huiuſmodi, & tunc,
    - Aut ſit diſpenſatio vtſup. & poteſt diſſolui ſecundum canoniſtas: contra Theologi. 29.
    - Aut non N
- Vel prout eſt conſumatum M
  - Quod conſideratur, vel prout eſt inualidum, quod diſſoluit, vltra caſus validi, vel
    - Ex neceſſitate O
    - Vel voluntate X
  - Vel prout eſt validum, quod diſſoluitur, vel quo
    - Ad vinculum a
    - Vel quo ad cohabitōnem b

- Aut non N
  - Tunc vel ingreditur religionē, in qua ſolemne votū emittitur, & poſt votum diſſoluitur. 30.
  - Alias non poteſt.
- Ex neceſſitate O
  - Et tunc diſſoluitur, vel ex delicto, quod cōmittitur, vel
    - In Deum, & tunc eſt, vel
      - In fide,
        - Aut eſt omnino infidelis aliquis contrahentium, & diſſoluitur. 31.
        - Aut non, & tunc,
          - Aut vnus tantum eſt baptizatus, & diſſoluitur. 32.
          - Aut ambo, nec diſſoluitur; licet ſit Hereticus.
      - Vel in voto, qđ quis habet ante contractum matrimonium
        - Solemne, & diſſoluitur. 33.
        - Aut ſimplex, & tunc, aut
          - Eſt firmatum ſacrorum ordinum ſuſceptione, & diſſoluitur. 34.
          - Aut non, nec diſſoluitur.
    - Vel in homines, & delictū prouenit, vel
      - Ex alio p̄ſenti præcedenti Matrimonio, & diſſoluitur. 35
      - Vel ex alio
        - Præterito violato, & tunc, aut
          - Fuit violatum Thorum tantū P
          - Aut perſona coniuncta Q
        - Vel ratione eius, quod contrahitur inutiliter R
  - Vel ex alia coniunctione
    - Incerta, nec diſſoluitur.
    - Certa, quę prouenit, vel
      - Ex ſanguine S
      - Vel legis diſpoſitione T

Fuit

- Fuit violatum thorum tantũ,
  - Et tunc, aut contraxit de facto conſtante primo, & poſtea eo ſoluto denuo contraxit, & tunc, aut
    - Non polluit, nec diſſoluitur.
    - Aut polluit, & tunc,
      - Aut pollutus ſolutus ſciebat alium coniugatum, & diſſoluitur. 36.
      - Aut non nec diſſoluitur.
  - Aut promiſſit illam ducere priore mortua cum qua contraxit, & tunc, aut
    - Polluit, & diſſoluitur. 37
    - Aut non polluit, nec diſſoluitur.
- Aut perſona coniuncta, Q
  - Et tunc, aut aſſuit mors violenta perſonæ olim iunctæ, & tunc,
    - Aut vnus tantum eſt ſciens delicti, & tũc, aut
      - Eſt coniugatus, & tunc, aut
        - Polluit alteram conſtanre primo matrimonio, & diſſoluitur: licet aliqui contra. 39
        - Aut non polluit, nec diſſoluitur.
      - Aut ſolutus, & tunc, aut
        - Ad eum effectum non occidit, & tunc, aut
          - Fuit occidens pollutus conſtante matrimonio primo, & diſſoluitur. 41.
          - Aut non, nec poteſt diſſolui.
        - Aut occidit ad eum effectum, & diſſoluitur. 40
    - Aut vterq; eſt ſciens, & diſſoluitur. 38.
  - Aut ſola machinatio, & tunc, aut
    - Polluit conſtã te primo matrimonio, & diſſoluitur. 42.
    - Aut non polluit, nec diſſoluitur.

Alicuius,

- Ratione eius, quod contrahitur inutiliter, R
  - Aut non fuerunt adhibitæ neceſſariæ ſolemnitates Cōcilij Tridentini, & diſſoluitur. 43.
  - Aut fuerunt adhibitę dictę ſolemnitates, & tunc, aut
    - Affuit raptus alicuius coniuncti, & tunc, aut
      - Fuit contractum, dū erat in poreſtate rapientis, & diſſoluitur. 45
      - Aut non, nec diſſoluitur.
    - Aut fuit apoſita conditio contra ſubſtātiam matrimonij, & diſſoluitur. 44.
- Ex ſanguine S
  - Conſideratur tū, vel conſanguinitas, quæ eſt,
    - Vel intra quartum gradum Iuris Pōtificii, & diſſoluitur. 46.
    - Vel vltra, nec diſſoluitur.
  - Vel affinitas, quæ prouenit, vel
    - Ex matrimonio, & hæc eſt con conſanguineis coniuncti, vel
      - Intra quartum gradum Iuris Pontificij, & diſſoluitur. 47.
      - Vel vltra, nec diſſoluitur.
    - Vel ex fornicatione, quæ eſt cum conſanguineis coniuncti, vel
      - Intra ſecundū gradum Iuris Pontificii, & diſſoluitur. 48.
      - Vel vltra, nec diſſoluitur.
- Legis diſpoſitione T
  - Et hæc lex, vel eſt ſæcularis etiam, licet canonibus cōfirmata, & huius caſus ſupra in legitimo tā tum ſunt expræſſi.
  - Vel eſt Eccleſiaſtica. V.
- Voluntate X.

- Eccleſiaſtica lege V.
  - Et tum diſſolutio fit, vel ob nexum fidei tãtum, nempe ſponſaliorũ, & tunc, aut
    - Sponſalia ſunt inualida, nec diſſoluitur.
    - Vel ſunt valida, & tunc, vel coniunctio
      - Eſt in primo gradu cum ea, quæ deſponſatur, & diſſoluitur. 49.
      - Vel vltra, nec diſſoluitur.
  - Vel ex nexu Sacramenti, vel
    - Confirmationis, & dic, vt de Baptiſmo.
    - Vel Baptiſmi, & tunc coniunctio conſideratur,
      - Vel quo ad interueniẽtes tantum, & tenti patrem, & matrẽ, & hoc caſu conſideratur, vel
        - Quo ad conferentem, cui confertur, & collati patrẽ, & matrem, & diſſoluitur. 50.
        - Vel quo ad tenẽtes, tentũ, tenti patrem, & matrem, & tunc, aut
          - Tenentes ſunt vnus, & vna, & diſſoluitur. 51.
          - Aut plures, nec diſſoluitur, quo ad deſtinari prohibitos, ſed ſolum, quo ad vnum, & vnã. 52.
      - Vel quo ad alios, nec diſſoluitur.
- Voluntate X.
  - Vel non affuit conſenſus, vel
    - Intelectus defectu, & tunc, aut
      - Defectus eſt perpetuus, vt in furioſo, vel demente, & diſſolui poteſt. 53.
      - Aut non eſt perpetuus, & tunc,
        - Aut matrimonium fuit contractum tempore accidentis, & diſſolui poteſt. 54.
        - Aut non, nec diſſoluitur.
    - Vel alio reſpectu Y
  - Vel affuit Z.

Vel alio reſpectu Y

- Et tunc, vel conſenſus fuit ſimulatus, & poteſt diſſolui. 55.
- Vel meticuloſus, & tunc, aut
  - Metus is eſt, qui cadit in cõſtantem virũ, & diſſoluitur. 56.
  - Aut non, nec diſſoluitur.

Vel affuit Z

- Non fuit diſcretus ratione ætatis, & diſſoluitur: licet alij cõtra. 57.
- Vel fuit erroneus, & tunc, aut
  - Error fuit quo ad perſonam, & poteſt diſſolui. 58.
  - Quo ad conditionem ſeruilẽ ipſius perſonę, & tunc, aut
    - Contrahens poteſt vendicare in libertatem ſeruum, nec diſſoluitur.
    - Aut non poteſt, & tunc, aut
      - Cognito errore cognouit, nec poteſt.
      - Aut abſtinuit, & poteſt diſſolui. 59.

Quo ad vinculum a

- Diſſoluitur vel Morte. 60.
- Vel diſpenſatione ſummi Pontificis, ſecũdum aliquos: cõis contra, verum attenta contraria, ſic diſtingue, aut
  - Adeſt aliqua maxima cauſa, & poteſt tolerari. 61.
  - Aut non adeſt aliqua, nec diſſoluitur, ſecundum communem, tum canoniſtarum, tũ Theologorũ: ſed ego me Eccleſiæ iudicio remitto.

Quo ad cohabitõnem matrimonium validum, & cõſumatum poteſt diſſolui, b

- Vel ex voluntate vtriuſq;, & tunc,
  - Vel ambo ingrediuntur religionem, in qua ſolemne votum emittitur, & diſſoluitur. 62.
  - Vel mulier tantum, ſi vir efficiat Epiſcopus, & diſſoluitur. 63.
- Vel etiã vnius tantũ, & tunc, vel
  - Ex fornicatione, quę eſt, vel
    - Corporalis, quæ eſt, vel
      - Cõtra naturã, & diſſoluitur: licet aliqui contra. 64.
      - Vel naturalis, & tunc,
        - Aut vterq; eſt fornicatus, nec diſſoluitur.
        - Vel vnus tantum, c
    - Vel ſpiritualis, & tunc agitur, vel
      - Ante emendationem lapſi in fide, & eſt perpetua. 67.
      - Aut poſt emẽdationem, & tunc,
        - Aut diſſolutio fuit facta Iudicio Eccleſiæ, & tunc, aut d
        - Aut non, & iſto caſu redintegratur.
  - Vel ex moleſta cohabitatione, quæ prouenit,
    - Vel ex furore alterius ex cõiunctis, qui eſt, vel
      - Tolerabilis, nec diſſoluitur.
      - Vel intolerabilis, & poteſt diſſolui, quo ad illud, in quo verſatur periculum. 70.
    - Vel ex maxima ſæuitia, e

- Aut vnus tantum, c
  - Et tunc, aut fuit ab alio tollerata fornicatio, & id fuit, vel
    - Ante pœnitentiam, nec poteſt diſſolui.
    - Poſt pœnitentiam vero, denuo poteſt diſſolui, vt infra in non tolerata. 65
  - Aut non fuit, qua in re, aut alter
    - Continetur, & eſt perpetua pro libito volontatis ipſius continentis, ſi alius ſe emendet. 66.
    - Aut non continetur, & red integratur.
- Aut diſſolutio fuit facta Iudicio Eccleſiæ, d
  - Et tunc, aut qui remanſit vult conuolare ad religionem, & eſt perpetua omnino diſſolutio. 68.
  - Aut non, & redintegratio pendet à volontate eius, qui remanſit: alii contra. 69.
- Ex maxima ſæuitia, e
  - Qua in re, aut datur aliquod temperamentum, & eo adhibito, non diſſoluitur.
  - Aut non datur, & poteſt diſſolui. 71.

Iuris loca, ex quibus huiuſmodi diſtinctio probatur.

1 RATIONEM in prælectionibus dixi.
2 L. tutor. ff. de ſponſ. Rom. in Rub. ff. ſolut. matrim. num. 3.
3 L. vnic. C. ſi rector prouin. vel ad eum pertin. ſponſ. arras dederint.
4 L. cum ancillis C. de Inceſt. nup.
5 L. Iulia. ff. de ritu nupt.
6 L. in ſponſalibus prima huius initij. ff. de ſponſ. prin. in inſtit. de nupt.
7 L. ſi puelle. ff. de ſponſ. cap. 2. 20. q. 2.
8 §. ergo In inſt. de nupt.
9 §. fratris vero, cum ſeq. in inſtit. de nupt.
10 §. affinitatis quoq; cum §. ſeq. ead.
11 d. §. ergo, l. qui in adoptionem. ff. de adop. l. per adoptionē. ff. de ritu nup.
12 §. inter eas, §. itē amita in inſt. de nup. cap. primo infra de cognat. legali.
13 14. l. conſenſu, cum Auth. ibi poſitis C. de repud.
15 16. l. 1. ff. de diuor. Doc. in Rub. ff. ſolut. matrim. vbi dixi.
17 18. 19. 20. prima Cor. cap. 7. c. quanto infr. de diuor. c. fin. & §. fi. 28. q. 2.
21 Cap. primo 28. q. 2. & ibi Grat. §. fin. Coaru. epit. huius lib. par. 2. cap. 7. §. 4. num. 5. & in nou. adit. ex mente Rophenſis lib. de Sacerd. cap. 12.
22. Cap. primo 2. & 3. infra de frigid. & malef. 33. q. 1. per totum, c. requiſiuiſti, cap. illi qui 32. q. 7.
23 Cap. puberes, cap. à nobis, cap. atteſtationes, cum ſimil. infra de deſponſ. impub. l. mulierem. ff. de ritu nup. Coaru. epit. huius lib. p. 1. cap. 3. nu. 2.
24 Cap. propoſuiſti 32. q. 7. Coaru. p. 2. cap. 7. §. 4. num. 15.
25 Cap. ſi per ſortierias 33. q. 1. vbi Gratian. & tot. tit. infra de frigid. & maleficiatis.
36 27. Cap. fin. infra de coniug. leproſ. Alciat. in rub. ff. ſolut. matrim. num. 16. vbi Rom. 2. lec. num. 12.
28 29. Cap. ex publico ſupra de conuer. coniug. vbi omnes, gloſ. & Archid. in cap. quapropter 27. q. 2. cap. cum ſocietas, cap. non dubium, cap. lex diuinę ead. cauſ. & quæſt. Doc. communiter in rub. ff. ſolut. matri. Coaruu. par. 2. c. 7. §. 4. nu. 13. Mathæi cap. 19. c. debitum ſupra de bigam.
30 Cap. ex parte 2. huius initij, d. cap. ex publico ſupra de conuer. coniug. cap. primo, vbi gloſ. de voto in ſexto, Coaruu. vbi ſupra num. 5.
31 Cap. caue, & ſeq. 28. q. 1.
32 Gloſ. & Card. de Turecrem. & Egid. de Bellamera in d. cap. caue, & ſeq.

Coaruu.

Coaruu.in adit. nouis ad 2. par. cap.6.§.11.ibi Io.cap.3. Gloſ.in cap.1. 35.q.5.Synod.Trid.ſeſſ.24.can.5. de ſacram. Matrim.

33 Cap.conſuluit,cap.rurſus infra qui cler. vel vouen. d.c. ex publico,Hoſtien. in ſumma hic num.26. verſ.Tertio votum.

34 Cap. primo,cap. 2. infra qui cler. vel vou. Hoſtien. vbi ſupra num. 27. verſ.Octauo,d.cap.rurſus,d.cap.conſuluit, Syn.Trid. vbi ſupra can.9.

35 Cap.nuper ſup.de bigam. cap. gaudemus infra de diuor. cap. dominus infra de ſecond.nupt. Synod. Trid.vbi ſupra can. 2.

36 Cap.primo,& 2.infra de eo,qui dux.quam polluit per adult.

37 Cap. fin. eod.

38 Cap.primo ſupra de conuer. infid.

39 Hoſtien. hic in ſumma num.26. Gratian.in §.ſed dicitur 31.q.1.

40 41.d.cap. primo, cap. ſuper hoc, cap. ſignificaſti infra de eo, qui dux. quam poll.cap.ſi quis viuente 31.q.1.cum. ſupra citatis.

42 d. cap. ſuperhoc,cap. primo ſupra de conuer. infid.

43 Synod. Trid. ſeſſ. 24.de reform. matrim. cap.primo.

44 Cap. fin. infra de cond. apoſit.ſuper deſponſ.cap.ſolet 32.q.2. Roman. in d.rub.ſolut.matrim.num.14.

45 Synod.Trid.ſeſſ.24.de reform.matrim.cap.6.

46 47. Trigeſimaquinta q. 5. per totum,cap. non debet infra de conſang. & affinit. cap. cum inhibitio infra de cland. de ſponſ. tot. titu. infra de conſang.& affinit.

48 Synod.Trid.de reform.matrim.ſeſſ.24.cap.4. Bulla Pij Quinti 4. cal. Decembris 1566. incipiens ad Romanam,eiuſdem declarat.de compater. & affinit.editæ poſt dictum Concil.

49 Synod. Trid. vbi ſnpra cap. 3.

50.51. 52. Synod. Trid. vbi ſupra cap. 2. Bulla Pij Quinti, incipiens cũ illius 4. cal. Decembris 1566. & dicta declarat.

53 Cap. cum dilectus infra eod. l. ſicut ff. eod. cap. neque furioſus 32. quæſt. 2.

54 Io. Franciſcus Sannazarius (vulgo) Ripa, mihi Patern. Auus in l. fin. q.22. num.76. C. de reuoc. donat. Coaru. par. 2. c. 2. nu. 9.

55 Cap. tua nos infr. eod. Coaruu. vbi ſupra.

56 Cap. veniens ad nos infr. eod.

57 Coaruu. par. 2. cap. 5. num. 3.

58.59.

58. 59. Vigeſima nona quæſt. 1. & 2. per totum.
60 Prima Cor. cap. 7.
61 Coaru. par. 2. cap. 7. §. 3. vbi late.
62. 63. Coaru. par. 2. cap. 7. §. 4. num. 9. cap. ſane, de conuerſ. coniug.
64. 65. Mathæi cap. 19. Synod. Trid. ſeſſ. 24. de ſacram. matrim. can. 7. Coaru. vbi ſupra §. 5. num. 6.
66 Cap. ſignificaſti infra de diuor. cap. fin. infra de adult.
67 Cap. 2. infra de diuor. cap. fin. ſupra de conuer. coniug. cap. idolatria 28. quæſt. 1.
68. 69. Cap. de illa infra de diuor. cap. fin. infra de hæret. cap. fin. ſupra de conuerſ. coniug. Coaru. vbi ſupra num. 5.
70 L. Diuus ff. de offitio præſid. Coaru. vbi ſupra num. 3.
71 Cap. primo vt lite non conteſtata, cap. litteras ſupra de reſtit. ſpoliat. Coaru. vbi ſupra num. 1. cap. ſi qua mulier 31. quæſ. 1. ſecundum Iuonis lecturam, cap. ex tranſmiſſa ſupra de reſtit. ſpol.

LAVS DEO.

EGO Frater Petrus de Brayda, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Lector vidi ſupraſcriptum tractatum de ſponſalibus, & matrimonio, nihilq; in eo reperij contra fidem, vel regulas Indicis.

Inquiſitor Papiæ admittit, vt Imprimatur.

Errata ſic corrige.

Pag. 6. col. 4. lin. 1. cor. torum & vbiq; vbi idem error irrepſit col. fin. lin. 5. diſſolutio lin. 10. tolerantur lin. 19. adoleſcẽtibus pag. 7. col. 2. lin. 3. polluta, col. fin. lin. 2. rapientis pag. 9. col. 3. lin. 1. deficit col. 4. lin. 11. qui pag. 10. col. 4. lin. fin. aut pag. 11. col. 4. lin. 12. ſententia pag 12. lin. 2. Couarru. & vbiq; vbi idem deprehendas, pag. 13. lin. 9. innoc. pag. 14. lin. 2. repræſentare lin. 3. perpetuò lin. 4. quodã lin, 5. cacumina lin. 6. enimuerò lin. 12. dilata pag. 19. col. 2 lin. 3. omiſſis pag. 22. col. 3. lin. 11. adulti pag. 24. col. 2. lin. 9. promiſit pag. 25. col. 3. lin. 5. oppoſita col. fin. lin. 8. expreſſi pag. 26. col. 3. lin. 14. intellectus pag. 28. col. 2. lin 1. voluntate pag. 29. col. 2 lin. 3. tolerata lin. 18. voluntate col. 3. lin. 12. voluntatis pag. 30. lin. 8. puellæ lin. 11. eod. lin. 18. addit. lin. fin. Turrcrem. pag. 31. lin. 1. addit. lin. 8. ſecund. lin. 26. ſup. pag. 32. lin. 12. offic. Hoſce alioſque, qui Typographi incuria irrepſerunt errores, vt facilè prudens Lector obſeruabit, ita benignè corrigat.